5377 f. 2

Bibl. Jag.

II

213
XIII nº 165
Dr. p. 328

Joannes abbas monasterii tyniecensis, Jaskoni Chrast facultatem super condenda scultetia in Moderowka innovat.

Tyniec, 1383, die 24 Decembris.

Noverint universi praesentem litteram inspecturi: Quod nos Joannes divina miseratione abbas monasterii Tyniecensis ordinis sancti Benedicti de consensu fratrum omnium nostri conventus considerata fidelissima approbatione Jasconis dicti Chrast, quod ipsius privilegium per ignem est combustum super scultetiam nostrae villae dictae Moderowka praesens privilegium renovavimus et renovamus sibi super eandem scultetiam denuo privilegium dantes, concedimus eidem nostro scultéto et damus perpetue possidendam suisque legitimis posteris jure maydeburgensi haereditatem locandam, quae tamen haereditas [illegible] habebit mansos quantos habere poterit jure theutonico mensuratos in praedicta haereditate, quas limites propriis vocabulis duximus designandam. Primo a Glinnik usque ad campum dictum Trzodopolna, a Trzodopolna usque ad fluvium dictum

Wobna, a Wobna usque ad fluvium dictum Sloczuwonia, a Sloczuwonia usque ad tremulum dictum Osiny, ab Osiny usque ad quercum dictum Trzesniowy Dąb, a quercu usque ad magnum Potok, a magno Potok usque ad fluvium dictum Pleszuica. Damusque dicto nostro sculteto quantosque mansos facere, prout in praedictis limitibus, ei tamen duos mansos liberos et suis posteris ab omnibus exactionibus et solutionibus. Decimam suam sculletus de suis mansis duobus dabit cui sibi placebit. Damusque eidem sculteto praedicto molendinum, piscinam quantasque piscinas facere potest prout libere faciat absque damno Cmetonum et nostro in praedicta haereditate, tabernam, macellum carnium, mensam panis, sutorium, fabrile cum omnibus utilitatibus et proventibus. Cmetones vero qui inibi locati fuerint super agris cultis dictis Starzyny octo annos, super sylvis viginti annos plenam et omnimodam habeant libertatem; expirata libertate de quolibet manso mediam marcam pro censu singulis annis in festo beati Martini nobis seu nostro monasterio Tynecensi solvere tenebuntur. Sculletus vero seatum denarium censualem reservabit, pro nobis quinque; a qualibet poena tertium denarium sculletus sibi recipiet. Non plus quilibet Cmeto nisi fertonem pro decima nobis praesentabit; Prandia tria in anno, pro quolibet prandio quatuor scotos Cmetones duo prandia, sculletus unum expirata tamen libertate. Judi-

cium vero magnum ter in anno per nos vel per nostrum fi-
delem nuntium judicabitur. Pro honore vero nostro in Pas-
cha quilibet Cmeto decem ova, unum caseum, omnes vero
cmethones unam pernam carnium pro octo grosis. Da-
mus eidem sculteto, quod nullas debet vendere nisi coram
nobis in nostra curia in Kolaszyce coram septem sculte-
tis jure theutonico, et citare tenebitur non cum alio nisi
cum annulo nostro. Praedictus vero scultetus serviet nobis
in equo cum balista dum expeditio fuerit generalis, vel dum
nobis necessitas fuerit, debet servire et venire ad nos ad
castrum nostrum Golesz. Cmethones vero nullas alias de-
bent vendere et coram nullo, nisi in sua haereditate co-
ram nobis vel ipsorum sculteto. Addimus praedicto nos-
tro sculteto praedictam sculteciam omnimodam habere
facultatem vendendi, commutandi, alienandi et ad usus
ipsius convertendi nostra tamen voluntate prius prae-
habita et de voluntate nostri conventus. In cujus rei
testimonium praesentium nostra sigilla sunt appensa.
Datum in monasterio in Tyniec, in crastino Nativi-
tatis Jesu Christi, sub Anno Domini Millesimo trecen-
tesimo, octuagesimo tertio; Praesentibus Michaele de
Falkow, Petro dicto Kalnica de Olesnica, Magnussio
plebano de Tyniec, Petro de Grzymala, Paulo priore, Jo-
anne antiquo abbate, Vrzyslao praeposito olim ad sanc-
tum Laurentium, totoque conventu, Joanne castellano voy-
niciensi, Gregorio de Morawica et aliis quam pluribus
fide dignis.

Judicium terrestre Cracoviense Nicolao haeredi de Brody debitum triginta et unius marcarum super haereditate Tomkonis Lacwa in villa Pobiodr assecurat.

Cracoviae, Anno 1385, die 29 mensis Augusti.

Nos Drogomirus Judex et Krzesslaus Subiudex terre Crac. generales notum facimus quibus expedit vniuersis presentem literam inspecturis Quod cum materia questionis inter nobilem virum Nicolaum heredem de Brodi actorem parte, et Thomkonem dictum Lacwa reum parte ab altera pro Triginta una marcis grossorum pragensium polonicalis pagamenti xl octo grossos pro qualibet marca computatis coram nobis fuisset exorta, quas Triginta unam marcas idem Nicolaus Judeo Osmanno pro debito fratris dicti Thomkonis, nomine Jeschconis Cobilka dicti se dicebat

easoluisse, et easdem dicebat sibi debere per ipsum Thomkonem in villa Lobodr assignari, Tandem cum eadem causa in multos et varios terminos volveretur in termino peremptorio utrique parti per nos posito, idem Thomko suprascripta omnia sic fieri negavit, Ipse vero Nicolaus omnia sic fieri et esse se optulit probaturum, quod termino sibi per nos dato et veniente fidedignorum testimonio testium approbavit, nos vero visa ipsius Nicolay sufficienti approbatione et iusticia, dictas Triginta unam marcas in villa predicta Lobodr adiudicavimus et tenore presencium adiudicamus per ipsum et suos successores tam diu tenenda habenda et possidenda cum omnibus utilitatibus que ibi sunt vel fieri quomodolibet possunt in futurum, donec per ipsum Thomkonem seu ipsius proximiores predicte Triginta una marce integraliter et complete fuerint persolute. In cuius rei testimonium sigilla nostra presentibus sunt appensa. Actum et datum Cracovie

die decollacionis sancti Jo. Anno domini Millesimo CCC° lxxx° quinto presentibus hys testibus Jo de Czuliz Andrea de Woycowicz Camerario Nicolao et Jeschcone de Polaniowicz Przibcone et Jannossio de Przeczslawicz heredibus et aliis multis fide dignis

(Oryginał pergaminowy, z 2 pieczęci na wąskich taśmach przywieszonych pozostała tylko pierwsza woskowa biała sędziego Drogomira mająca tarczę z herbem Topór, napis dokoła nieczytelny wytarty. – Przepisane d. 10 lipca 1876, z oryginału znajdującego się w zbiorze p. Erwina Redel.)

Geez civis cracoviensis Stanislao (Stojconis) praeposito conventus miechoviensis villam Jugowice vendit.

Cracoviae, anno 1386 die 3 mensis Julii.

Nos Drogomirus Judex et Creslaus Subiudex terrae Cracoviensis generales. Notum facimus quibus expedit universis praesentem literam inspecturis, Quod accedens ad nostram et nostrorum assessorum praesentiam, providus Vir Dominus Geez, Civis Cracovien: sanus mente et corpore, non compulsus nec coactus, nec aliquo dolo seu fraude circumventus, sed de bona sui animi deliberatione suorumque amicorum consilio mature praehabito: Venerabili Viro

Domino
Stanislao Decretorum Doctori, Praeposito
suoque Conventui Miechovien. Villam
seu haereditatem Hugowice dictam, pro-
pe Civitatem Cracovien. sitam seu loca-
tam, cum omni iure eiusdem villae, ac
libertate sive dominio, nihil penitus iu-
ris pro se, vel liberis, et legitimis succes-
soribus reservando, in ducentis duabus
marcis grossorum Pragensium, numeri Po-
lonici, quadraginta octo pro qualibet mar-
ca computando, rite et rationabiliter pro-
posuit, ac titulo obligatorio assignavit. Quae
quidem haereditas ipsi Domino Geuz, in
praedicta summa pecuniae, per honestam
Dominam Margaretham, relictam bonae
memoriae Jacussij haeredis ibidem de
Hugowice, ratione cuiusdam debiti erat
obligata, de speciali decreto et mandato
nostri, imo verius Regalis iudicij, pro
tunc Crac: per nos celebrati, cum idem
Dominus Geuz de eadem Domina Mar-
garetha, iudicialiter coram nobis agebat,
et quaerulando proponebat: quo debito ipse

Dominus

Dominus Geer Civibus Tornacensibus, pro
ipso Jacusio marito praedictae Margare-
thae, erat debitorie involutus, quod debitum
idem Dominus Geer, per eundem Jacusium
sibi teneri, et ad manus dictorum Civium
Tornacensium debere dari, literis evidenti-
bus praemissi Jacusij, sigillo ipsius sub
appenso digne sufficienterque, coram nobis,
et nostri Judicio approbavit. Demum
praefata Margaretha in eodem instituti
coram nobis personaliter constituta, praedic-
tae obligationi per ipsum Dominum Geer
solemniter factae, iam dicto Domino Prae-
posito, eiusque Conventui diligenter consen-
sit, et benivole acquievit, et ob remedium
animae Sui praedicti mariti, suaeque sa
lutis ob causam quicquid iuris, dominij,
et utilitatis, in dicta hereditate sibi su-
pererat, cum omnibus et singulis utilitati-
bus, usibus, et usufructibus, videlicet agris,
pratis, piscinis, lacubus, gaijs, rubetis, qui
iam [illegible] exercerunt, vel in futurum exerce-
rere possunt, pascuis, mellificijs, moten-
dinis constructis, vel construendis, aquis,

et aquarum decursibus, censibus, proventibus, et pertinentijs divisim ac generaliter cum singulis utilitatibus, quae in eadem villa seu haereditate sunt, vel postea quocunque modo poterunt accrescere in futurum, prout eadem villa sive haereditas, in gadibus, limitibus, seu metis, ab alijs circumferentialiter est distincta, nihil pro se suisque liberis, ac legitimis successoribus, in eadem haereditate iuris et dominij reservando, sed totum sagae fato Domino Praeposito et suo Conventui, in perpetuum, ac iure haereditario resignavit, tituloque donationis assignavit, tenendam, habendam, ac iure haereditario possidendam, vendendam, commutandam, et ad usum Monasterij praedicti, ipsius Domini Praepositi memorati, quorumque successorum, ac totius Conventus voluntate convertendam. In cuius rei testimonium sigilla nostra praesentibus sunt appensa. Actum et datum Cracoviae, Feria tertia infra Octavas Petri et Pauli Apostolorum Beatorum, Anno Domini M. CCC. LXXXVI. Praesentibus

his

his testibus: Joanne Palatino Lanci-
ciensi, Strassone de Kościelniki, Abra-
ham de Makocicze, Clemente de Grussow
haeredibus, Mathia de Sstroska Wolia,
Przeslao de Opathowice Camerarijs nostri
Judicij, et multis alijs fide dignis.

Joannes dux osviecimensis dotem ecclesiae parochialis in Mucharz innovat.

Osviecimi, 1389 die 14 Augusti.

Cum in peregrinatione vitae praesentis per elemosinarum largitionem aeternae vitae praemia uberius comparantur: necessarium est pro ecclesia ministrorumque ipsarum defectibus abundantius succurratur per beneficia et suffragia opportuna. Proinde nos Joannes Dei gratia dux osvviancimensis significamus tenore praesentium quibus expedit universis et singulis praesentibus et futuris inspectoris volumus esse notum et cognitum: Quomodo in castro civitatis nostrae Osviecim ad nostram nobiliumque nostrorum veniens praesentiam videlicet fideles nostri dilecti nobilis Nicolaus Zagorski villae Zagorze et Brankowka haeres, nobilis Joannes Łubrzucz ki villae Łubrzyce haeres et Martinus Rokowski villae Rokow haeres nec non venerabilis Albertus plebanus in Mucharz nomini-

bus quod privilegia fundationis nostrae et antecessorum nostrorum et nobilium circa spoliationem ecclesiae in Mucharz nequam homines, latronesque furati sunt. Proinde nos ex speciali devotione zelo accensi denuo fundum et dotem eidem ecclesiae donatione irrevocabili donamus et recognoscimus, quod dictus Albertus plebanus in Mucharz et alii quivis pro tempore existentes habent hujusmodi proventus fundum et dotem nostrae donationis et antecessorum nostrorum. In primis plebanus habet unum liberum praedium ad quod habet duos lancos liberos antiquae et justae dimensionis: primum, qui recte protenditur a granicicbus Swiczonianis usque ad domum et hortum plebanalem, qui est inter domos colonorum ejusdem villae; alterum, recte ab horto per montem versus et aliis arbusculis consitum usque ad fluvium Skawa. Item habet pratum magnum post stagna alias Zaiezierze quod ab ortu ad occasum Skawa circumluit et ea facit granicies cum proxima villa Piwnikowska et duabus earum aliis partibus, habet prata incolarum ejusdem villae Mucharz, habet et sylvam suam in agro praedicto, vicinam granicicbus Swiczovianis et aliam sylvam cis fluvium Skawa post montem e regio horti plebanalis cum prato magno, habet et alium hortum plebanali vicinum ab oriente juxta latitudinem cimeterii, a cimeterio incipiendo ver-

sus portam aquilonarem ad iter villarum proten-
ditur, quem scultetus noster ejusdem villae pleba-
no pro tempore existenti donavit et dedit in prae-
sentia nostra. In eodem agro habet plebanus pis-
cinam continuatam juxta rivum emergentem vici-
ni cmethonis in agro suo. In eodem praedio pleba-
nali habet plebanus suum proprium et liberum
brachtorium, in quo habet ahenum vas aereum
ad usum sibi competentem libere erit illi facere
piscinam frumentas aqua molitum ad cerevisiam
coquendam atque cauponibus in villis jure pasto-
rali sibi subditis dare, vendere pro usu suo et
fructu competenti decimas et proventus fundi
votis et donationis irrevocabilis habet dictus
plebanus in Mucharz de agris totius scultetiae
cmethonum et hortulanorum decimam manipula-
rem omnis grani et seminis quam ejusdem villae
incolae tenentur dare plebano pro tempore existen-
ti perpetuis temporibus. Item in Skawa de medie-
tate villae decimam manipularem et in Mucharz
in Skawcze et Liszowicze tam coloni quam hor-
tulani tenentur dare missalia alias ossep ave-
nam tantum cmetones per duos coretos quilibet
ex agris suis, hortulani per unum mensurae zatoriensis
pro festo sancti Martini. Item praedicti incolae dant
canapales a singulis pecoribus, quibus laborant, duas jerugas

tenentur item dare caseos singuli singulos pro festo Len-
tecostes eidem plebano. Item in Tonicze habet a cmetoni-
bus decimam pecuniariam; Item in Radocza decimam
pecuniariam; Item in Rokow fundationis nobilis Mar-
tini Rokowski villae Rokow haeredis de tota villa de-
cimam manipularem; Item in Zubrzicze fundationis no-
bilis Joannis Zubrzeczky villae Zubrzicze haeredis de
tota haereditate Zubrzicze decimam manipularem; Item
in Zagorze fundationis nobilis Nicolai Zagorski villae
Zagorze et Brankowka haeredis de tota haereditate
Zagorze et Brankowka decimam manipularem. Quae
omnia praedicti nobiles in praesentia nostra ita esse
recognoverunt eique liberam dictarum decimarum
possessionem plebano in Mucharz pro tempore existen-
ti concesserunt, donarunt, omni jure se successoresque
suos abdicantes. Praeter hunc autem habet praedictus
plebanus in Mucharz decimas pecuniarias antiquam
fundationem in Kęty, in Nova villa, in Skotniki pe-
nes Cracoviam, quae singulis annis dicto plebano in
Mucharz, pro festo Trium Regum solvi solent. sed
et nos donavimus adscribimus eidem plebano Alberto
et aliis pro tempore existentibus liberam piscaturam
piscium in fluvio Skawa ubicumque voluerit. Et hu-
jusce rei fundum et datem perpetuo donamus eidem
plebano et aliis pro tempore existentibus damus, appro-
priamus, incorporamus liberaliter ecclesiasticae liber-
tati et immunitati adscribimus donatione perpetua et ir-

revocabili praefatumque fundum et dotem superius expressam dictae parochialis ecclesiae in Buchara per plebanos ejusdem ecclesiae pro tempore existentes habendum, tenendum et in pacifica possessione fruendum et ad suum usum convertendum et possidendum quiete perpetuis temporibus concedimus. In cujus testimonium nostris sigillum nostrum est appensum; praesentibus his testibus: domino Adam judice curiae nostrae, domino Jankone de Bathkowice, Gregorio et Hincone fratribus dictis Joannes Zegotinscy et aliis quam pluribus. Datum et actum in Osviecim, Anno Domini Millesimo Trecentesimo Octuagesimo Nono, die quatuordecima mensis Augusti.

Mscislaus abbas monasterii tyniecensis scultetiam in villa Okulice noviter jure teutonico erectam vendit Joanni Medzwedz.

Tyniec, 1392, die 12 Junii.

In nomine Domini Amen. Ne vetustas temporis humanos actus insignes naufragio nubilo oblivionis novercatur: scripti perennis vigore et testium adminiculo opportuno reciuunt firmitatem. Et proinde nos Mscislaus miseratione divina abbas, Boguslaus prior, Matthias custos, Joannes Claviger Andreas praepositus totusque conventus et capitulum monasterii Tynecensis ordinis sancti Benedicti cracoviensis diocesis notum facimus quibus expedit universis praesentium noticiam habituris: Quod cupientes in villa nostra, nostrique monasterii vulgariter Ukolice nuncupata de agris, molendino, taberna ad nostram curiam et labores nostros spectantibus, silvis, aquarum decursibus utilitatem ordinare meliorem et profectum ampliare in eadem villa nostra Ukolice scultetiam de novo erigimus insamque villam nostram in jus theutonicum quo aliae nostrae et nostri monasterii praedicti villae utuntur per amplius constituentes et in aevum scultetiam eandem nostram cum juribus et bonis infrascriptis villae Ukolice

praedictae venditimus honesto viro Joanni dicto Medzweż oppidano oppidi dicti Koszyce pro triginta duabus marcis monetae regni Poloniae et currentis communis pagamenti per ipsum seuosque legitimos successores in perpetuum habendam. tenendam et possidendam. Cui quidem sculteticae appropriamus et addimus bona, utilitates ac jura et libertates infra descriptas. Et primo duos lancos communes seu sortes, molendinum unum, tabernam unam, hortos pro hortulanis quot possunt plures locari et erigi in bonis sculteticae praedictae supra nominatae, viscinas quotquot plures in dicta haereditate tota eadem erigi possunt libere, sexaginta arbores pro mellificiis praeparandis. sexaginta pascendi scrophas sculteti praedicti sive ipsius sive alienas in nostra silva haereditatis villae praedictae libere, tertiam partem obventionum judicialium et projudicio banniendo nos tenebimur tres scabinos de villa nostra Xiąznice cum necesse fuerit ordinare et alios sculteatus qui pro tempore fuerit quot necessarii erunt de dicta villa Ukolice statuere tenetur. Pro expeditionalibus autem Emcthones villae praedictae Ukolice medietatem quantitatis tantae sicut in Xiąznice solvi consueverunt exolvent; sculteatus vero ad exercitionem transire eo quod labores et bona curiae nostrae praedictae obtinebit, de quibus nulla unquam servitia extant ad expeditionem consueta fieri non est necesse adstrictus, nisi nobis communia servitia ad tria milliaria facere obligatur. Censum autem annuum quilibet Emetho villae praedictae Ukolice annuatim per octo scotos grossorum nobis exciuat. Habebunt autem sculteatus et Emethones

qui fuerint pro tempore in aerum in silva nostra ligno-
rum glandium usufructum, quemadmodum dicti emetores
antea habuerint; licebit etiam sculteto praedicto et nos-
teris suis permanere in alio loco et bona praedicta ac hor-
tos exponere et locare et convenire, prout sibi melius ex-
pedierit Emethonibus, hortulanis, artificibus seu mecha-
nicis et sicut sibi competentius videbitur expedire prae-
dictam quoque sculteciam vendere, donare, permutare cui
dunta xat super his nostram prius obtinuerit voluntatem.
Ut autem omnia et singula praemissa robur obtineant per-
petuae firmitatis, ad horum omnium testimonium et evi-
dentiam uberiorem praesens privilegium scribi et sigil-
lorum nostrorum abbatis et conventus praedictorum muni-
mine fecimus roborari. Actum et datum in monasterio nostro
Synecensi praedicto in vigilia Corporis Christi, Anno Domini
MCCCXCII; Praesentibus nobilibus et discretis viris
dominis Michaele rectore ecclesiae sancti Nicolai sub-
urbii Cracoviensis, Nicolao Andreae de Wiolica cive Cra-
coviensi, Andrea Joannis de Koneczynka, Iascone de Wro-
blowice haeredibus, Nicolao Benedicti de Slezino, Nico-
lao Joannis de Brzezinj gneznensis, Nicolao Martini
de Lelowa cracoviensis, Simone Nicolai de Wrienstat
wratislaviensis dioecesis notariis publicis ac aliis quam
pluribus testibus fide dignis.

Vladislaus (Jagiełło) rex Poloniae successoribus Domini Coci regii donationem mansi in villa Skotniki confirmat.

Cracoviae,

Vladislaus Dei gratia rex Poloniae etc. Significamus tenore praesentium quibus expedit universis: quomodo fidelis nostri cura adhoc solicitante nos reginimis habitoque benigno respectu ad fidelia serviciorum impendia Dominici olim Coci serenissimae principis dominae Hedvigis quondam reginae Poloniae consortis nostrae charissimae eidem per ipsum impensa, volentes idcirco successores ejusdem Dominici quoscunque legittimos circa donationes et privilegia dominae Hedvigis reginae praedictae munifice concessas seu concessa in omnibus confirmare, tibi Swantoslao Lithwos fideli nostro dilecto, et ei qui pro tem-

pore erit, procuratori nostro generali et cujus interesse videbitur omnino mandamus, quatenus successores legittimos Dominici praedicti, quoscunque in possessione lanei in villa nostra Skotniki prope Cracoviam sita ex donatione dominae reginae praedictae dicto Dominico facta juxta et circa litteras seu privilegia dictae dominae reginae super hoc confecta remanere et conservare debeatis vel debeant integraliter et ex toto ipsumque et successores ipsius occasione lanei praedicti tam in toto quam in parte per quempiam impedire minime permittentes, harum quibus sigillum nostrum appensum est testimonio litterarum. Datum Cracoviae in vigilia Ascensionis Domini nostri Jesu Christi.

(Oblat. ad acta castr. cracov. fer. 3a post fest. Assumptionis B. V. Mariae 1693 per Petrum Nicolaum Tuczyński vicarium procuratorem nomine Vicariorum ecclesiae cathedralis Cracov. Libr. Relat. XIII Tom. 120 pag 1519)

us
nus
nos=
Skot=
do=
cta
ac
ere
ter
?
am
per=
n
um
nos=

lest.
etrum
orem
r Era=
))

Privilegium

quo Mscislaus abbas monasterii tyniecensis advocatiam in civitate Skawina Michaeli de Rerich dicto Pusznik vendit.

Tyniec, 1394, die 29 Septembris.

In nomine Domini Amen. Humanis rebus saepe caligo oblivionis et scrupulus calumniae novercantur nisi scripto testium et scripti testimonio perenne recipiant firmamentum: Et proinde nos Mscislaus miseratione divina abbas. Paulus prior, Joannes praepositus, Stanislaus custos Matthias claviger, Joannes procurator, Joannes cantor, Nicolaus confessor totusque conventus monasterii Tiniciensis ordinis Sancti Benedicti cracoviensis dioecesis notum facimus quibus expedit universis praesentium notitiam habituris: Quod nos volentes profectum et utilitatem monasterii nostri ordinare in villis nostris et haereditate dicti monasterii nostri videlicet Kargow, Damborzyn et scultetia in Zborouice per praedecessores nostros in obligatione diversarum summarum pecuniae alienatas. ipsasque exemere et monasterio nostro e converso adjungere trecentas marcas grossorum latorum pragensium quadraginta octo grossos pro qualibet marca computando recepimus apud honestum virum Michaelem de Rerich dictum Pusznik, pro quibus quidem trecentis marcis grossorum exemimus praedictas haereditates Kargow Damborzyn et Zborouice exemimus

et appropriamus monasterio nostro praelibato et pro eisdem quoque trecentis marcis dicto Michaeli Luszniк vendidimus advocatiam nostram in civitate nostra Skawina adjungentes et appropriantes eidem advocaticæ jura et bona infra scripta, videlicet castrum nostrum cum institis, caneris, bancis institorum, pistorum, carnificum pellificum, panniteciis panniciderum, balneum, molendinum in eadem civitate sita, et extra civitatem aliud molendinum penes viam tynicienſem, duos mansos, duo prata, unum dictum Vszzu inter fluvios Vistam et Skawinam inter lacum dictum Rdzawe et aliud dictum Dambrowa tendens ad fossata granicierum, hortum retro castrum penes viam osuencimensem insulam cum rubetis inter fluvium Skawina et rippam molendini, duas piscinas, unam circa unum molendinum et aliam circa molendinum Lorzouiense, duas piscinas circa castrum et tertiam ante valvam Radrieszouiensem, praedictae civitatis fluvium totum Skawina cum utraque rippa a metis haereditatis Radeszow usque ad piscinam villae Szynbark et eandem piscinam taliter quod nos abbas et nostri succeſsores uti ea poterimus et perfodere eandem pro piscibus capiendis quoties fuerit neceſse in quo quidem fluvio advocatus qui fuerit pro tempore opera et operarios locare poſſit, quantumcunque poſsit et sibi fuerit neceſse, etiamsi dictum molendinum in civitate praedicta corrueret, aliud ipse advocatus potest locare extra civitatem in praedicto fluvio in suis vel alias ne eum comparandis bonis. Nos autem abbas et conventus ac nostri succeſsores et quicunque alter aliud balneum vel molendinum in civitate praedicta vel extra locare contra advocati qui pro tempore

fuerit, balneum et molendina non habebimus nec habebunt. Cives vero et suburbani dictae civitatis non alibi molere poterint, nisi in molendinis advocati supradicti brasea et frumenta legumina quaecumque. Ratione autem decimae de dictis duobus mansis per fertonem solvere debebit cui de jure est solvenda et de censu dicta advocatia et advocatus praedictus sextum denarium et ipse abbas quinque denarios omnium proventuum ibidem habebunt. Judicialium autem obvenientium advocatia tertium denarium et idem abbas duos denarios obtinebunt. Et cum generalis expeditio regni clarum et aliorum fuerit terrigenarum, advocatus armigerum cum balista armatum super equo de sex marcis transmittere debebit cum quo nobis abbati et successoribus nostris placebit. Advocatus autem qui vero tempore fuerit castrum praedictum abbati et conventui memoratis aperire et ingressum in idem ac mansionem pro tempore necessario et cum opus fuerit dare in eodem est adstrictus. Habebit autem advocatus praedictus omnimodam facultatem judicandi cives et suburbanos civitatis praedictae in omnibus causis tam magnis quam parvis: capitis, sanguinis, mutilationis et in aliis quibuscunque, et coram ea vita magnus erunt, parvus tenebitur respondere, justitiam pati et recipere justitiae complementum. Advocatus autem non alibi nisi coram nobis et successoribus nostris seu judicio claustri Tyniciensis obligatus respondere et juri parere. Cum quibus quidem bonis et juribus advocatiam praedictam memorato Michaeli conferimus et justo titulo venditionis resignamus et assignamus per eum et per ipsius legitimos successores habendam,

tenendam, possidendam, utifruendam, donandam, vendendam, commutandam non alteri autem personae nisi in quam nos aut nostri successores consenserint et apposuerint consensum pariter et assensum. In quorum omnium testimonium et evidentiam pleniorem praesentes scribi et nostrorum sigillorum abbatis et conventus appensione fecimus communiri. Actum et datum in monasterio nostro Syniciensi praefato ipso die beati Michaelis archangeli gloriosi, Anno Domini MCCCXCIV. Praesentibus nobilibus viris Sulkone milite de Gora judice, Stigneo de Stainicki burgrabio castri cracoviensis, Andrea de Sprowa, Nowogio de Lankawa, Jacobo de Boturzyn, Gregorio de Moravicza haeredibus et quam pluribus aliis testibus fide dignis et per magistrum Nicolaum de Visliciа civem et scindicum cracoviensem ac monasterii nostri praelibati procuratorem et tutorem.

Joannes Dux Osvietimensis navigium in fluvio Wisla Fraternitati plebanorum Ducatus Osvietimensis pro fundando altari Corporis Christi in ecclesia Zatoriensi vendit.

In Zator, Anno 1395 die 1 mensis Julii.
(Cum confirmatione Petri Wysz de Radolina episcopi Cracoviensis, data Cracoviae d. 9 Januarii 1396.)

In nomine Domini Amen. Nos Petrus Dei gratia episcopus Cracoviensis, nec non Sacrosanctae Romanae Ecclesiae protonotarius, notum facimus quibus expedit universis praesentibus et futuris, harum notitiam habituris: Quod veniens ad nostri praesentiam discretus vir Johannes rector ecclesiae parochialis de Piotrowice quoddam privilegium donationis et perpetuae attributionis ac emptionis nauli sive navigii illustris Principis domini Johannis tertii ducis Osviecimensis, nec non fructuum census et reditus, suo, ut apparebat vero et consueto sigillo in cordula sericea viridis coloris dependente sigillatum, nobis qua decuit, reverentia exhibuit ac praesentavit; cuius tenor per omnia sequitur et est talis:

In nomine Domini Amen. Quoniam longi tractus temporis pariunt antiquitatem, antiquitas oblivionem, oblivio vero rerum actarum perpetuam exinanitionem: sapienti idcirco factum est consilio, ut res dignae memoriae scripturarum debeant testimonio perennari. Nos igitur Johannes tertius Dux Oswiecimensis ad perpetuam rei memoriam, ad universorum notitiam volumus devenire tam futurorum quam praesentium: quod perpendentes, clariusque intuentes obsequia salutifera, cultum quoque divinum sonorum, multifarium ac saluberrimum Plasmatori omnium per Christi fideles nostros capellanos, rectores ecclesiarum in Ducatu nostro Oswiecimensi existentium exhibita in Fraternitate ipsorum venerabili per nonnullos reverendos in Christo patres ac dominos episcopos Cracovienses confirmata, animadvertentes item quomodo quater in anno, singulis videlicet Quatuor temporibus insimul ac in unum conveniunt, missarum ac vigiliarum solemnia ibidem quilibet ipsorum sincerius celebrando pro nostra, nostrorumque illustriumque Principum progenitorum clarae memoriae Ducum Oswiecimensium animarum salute Altissimum non desinunt exorare, et quoniam, ut ait Apostolus, manen-

tem non habemus civitatem; matura super his
nostrae consortis illustris Hedvigis, nostrorum=
que consiliariorum deliberatione praehabita,
nostrae, nostrorumque progenitorum illustrium
animarum remedium et salutem, cultumque
huiusmodi divinum ex innata nobis clemen=
tia ampliare cupientes, dictis nostris capella=
nis, Fraternitatique ipsorum naulum sive
navigium nostrum in litore fluvii Vistae
in terra nostra ex opposito villae Janikovi=
ce pro nunc vel si alicubi infra vel supra si=
tum et locatum fuerit, cum omnibus iuribus,
fructibus, usibus, prout ipsum naulum ante=
dictum nostri progenitores possederunt, addimus
etiam ipsis censum duarum marcarum singulis
annis in villa Muchaez, nomine nostri dominii
recognitionalis, pro septuaginta marcis minus
duabus grossorum Pragensium Polonicalis nu=
meri, speciali ac perpetuo pagamento vendidi=
mus prout et vendimus testimonio nostrarum
praesentium litterarum damus, conferimus, ip=
sisque nostris capellanis, ipsorumque Fraterni=
tati donamus titulo perpetuae possessionis haben=
da, tenenda et perpetue possidenda, ita duntaxat,
quod praelibati nostri capellani et ipsorum Frater=
nitas unum altare in ecclesia civitatis nostrae
Zathor construere et aedificare teneantur in honorem

Corporis Domini nostri Jesu Christi, in quo singulis hebdomadis tres missas pro nostra, nostrorumque progenitorum animarum salute legere sint adstricti: secunda feria unam missam pro defunctis, feria quinta pro honore Corporis Christi, sexta feria Vivificae Crucis Domini nostri Jesu Christi, negligentia ac occasione quavis non obstante; Vigiliis etiam defunctorum semel in hebdomada lectis. Pecunias vero praemissas, videlicet septuaginta marcas minus duabus, grossorum Pragensium in parata pecunia ab eisdem recepisse nos fatemur. Jus itaque patronatus dicti altaris ad nostram nostrorumque illustrium successorum Principum Serenitatem verius devolvatur ita tamen, quod extincta persona domini Johannis ecclesiae rectoris in Piotrowice, qui per suae vitae curricula praefatum altare regere et possidere debet, et tunc dicti nostri capellani et ipsorum Fraternitas unum ex eis idoneum et famosum in ipsorum Fraternitate constitutum nostrae Serenitati aut nostris posteris illustribus Principibus tunc pro tempore existentibus praesentare tenebuntur, cui nostras litteras praesentationis dare, conferre promittimus ipsum ad beneficium dicti altaris promovere. Addimus insuper eis ex speciali nostro favore et patrocinio gratioso unam marcam cum sex grossis in villa

Wlosiennica de nostro supremo dominio singulis annis colligendam et recipiendam, quam ipsis pro quindecim marcis pridem rite vendidimus, litteras nostras super eisdem ipsis datas praesentibus validicantes temporibus perpetuis valituras. Cupientes itaque antedictos nostros capellanos et ipsorum fraternitatem gratiosis beneficiorum praevenire praesidiis, gloriosque in omnibus defendere patrocinio ac tueri, omnes alias litteras seu privilegia a nobis datas et praesertim litteras domini Alberti ecclesiae rectoris in Mucharz sibi per modum ac titulo reemptionis scriptas nostro sub sigillo, seu cuipiam alteri vel aliis super praemissis nanlo, supremoque dominio nostro in villis, videlicet in Mucharz, in Wlosiennica confectas, scriptas, praesentibus nostris litteris annullamus, cassamus et irritas esse decernimus, nullamque firmitatis et valoris robur habere volumus, serenitate ac fide nostra, nostrorumque successorum Ducum inclytorum bona mediante. Ut autem omnia et singula praemissa robur obtinere valeant perpetuae firmitatis, praesentes conscribi et confici mandavimus, nostrique sigilli charactere a tergo apponi verius insigniri. Acta sunt et data praesentia in civitate nostra Iathor, prima die mensis Julii sub Anno Domini Millesimo trecentesimo nonagesimo quinto. Praesentibus testibus nostris fidelibus

nobilibus Andrea de Willamowice capitaneo nostro, Marcone de Brzeznica, Joscone fratre de Rychwald, Petrcone Cedronis de Henricho, Stencone Scheliga de Jankowice villarum haeredibus et aliis multis fide dignis.

Post cuius quidem privilegii exhibitionem et praesentationem praefatus dominus Johannes nobis cum instantia debita supplicavit, ut privilegium huiusmodi cum suis donationibus et piis attributionibus ac omnia et singula in eo contenta gratificare, approbare, confirmare et ratificare dignaremur misericorditer. Nos itaque praefati privilegii ac in eo contentorum serie et tenore debite nasticatis et cum exacta diligentia recensitis; attendentes quod iusta et praesertim pia, salubria imo salutifera petentibus assensus non debeat denegari: praelibatas domini Johannis iustas et salutares supplicationes amplectentes et admittentes gratiose huiusmodi privilegium donationis, attributionis ac omnia et singula in eo contenta gratificamus, approbamus, confirmamus et ratificamus per praesentes, et ut huiusmodi illustris Principis domini Johannis praefati donatio, pia et salubris attributi nauli sive navigii ac censuum, redditum venditio et nostra praesens gratiosa ratificatio et approbatio robur perpetuae obtineant firmitatis, praesentes

scribi decrevimus et nostri solitii appensione sigilli perennari. Actum et datum Cracoviae, nona die mensis Januarii, Anno Domini Millesimo Trecentesimo nonagesimo sexto. Praesentibus ibidem venerabilibus viris dominis Nicolao Decretorum Doctore, decano Sancti Floriani in Florentia, Johanne praeposito Sancti Michaelis, Johanne archidiacono Lublinensi, Petro Strzelec canonico Cracoviensi et Laurentio Prolog de Volavia notario publico et aliis quam pluribus fide dignis testibus ad praemissa.

(Ex transumto in Actis Officialatus Zatoriensis, Oswiecimensis et Plesnensis vigore privilegii Joannis Konarski episc. Cracov. confectis exarato, atque in Actis Consistorii Cracoviensis d. 30 Decembris 1870 ingrossato.)

Joannes Dux Oswiecimensis uxori suae Hedvigi, sorori Wladislai (Jagiellonis) Regis Poloniae, dotem super civitate Zator et villis inscribit.

In Zator, Anno 1396, die 25 mensis Februarii.

Noverint quibus expedit universi praesentium notitiam habituri: Quod nos Johannes Dei gratia Dux Wsswincimiensis volentes illustrem Principem dominam Hedwigim consortem nostram carissimam, de sua dote certam reddere, ~~et~~ securitatem vulgariter ~~kolj~~ wano civitatem nostram Sathor cum castro dicto Wolek, nec non villis nostris videlicet Spithkowicze, Bachowicze, Przewosz, Podolsche, Geralthowicze, Potrowicze, Glambowicze, Polanca antiqua, Przeczicziow, in et pro quinque millibus marcarum grossorum Pragensium Polonicalis numeri nomine veri dotalitii obligamus et assignamus, tali sub conditione, quod si nos

interim mori, quod absit, ipsam dominam manen-
tem, contingeret, extunc quingentas marcas pecuniae
census annuatim in praedictis bonis demandamus
et deputamus colligendas ac percipiendas; quae
si in eisdem bonis percipi non poterint, eundem
descriptum, si fuerit, debemus in aliis nostris vil-
lis adimplere. Quae tunc bona praedicta si quis
nostrorum successorum rehabere voluerit, ponens
quinque millia marcarum dictae dominae Hedwigi,
ipsa bona lautius possidebit. Si autem ipsam do-
minam Hedwigim prius decedere contingerit, ex-
tunc praedictus Johannes Dux (pro duobus millibus sexagenarum)
quae ratione dotis vulgariter prosag a serenissi-
mo domino domino Wladislao Rege Poloniae fratre
suo carissimo noscitur recepisse, debet frui iure
ducali. Si vero, quod absit, tam nos Johannem,
quam dominam Hedwigim prole carentibus, uni-
versae carnis viam inire contingerit, extunc praefa-
ta duo millia sexagenarum grossorum Pragensium
ad praenominatum dominum Wladislaum Regem Po-
loniae debent devolvi, quae post sororem suam carissi-
mam dictus dominus Wladislaus praefato domino

Duci dedit et nomine dictae dotis assignavit, et tunc dictae nostrae haereditates debent esse ab omni impugnatione quietae et solutae solutione duorum millium sexagenarum praecedentium. In cuius rei testimonium sigillum nostrum praesentibus est appensum. Datum Sathor in die Sancti Mathiae Apostoli, Anno domini M°CCC° lxxxx sexto.

(Oryginał pergaminowy z pieczęcią woskową, wiszącą na sznurku błękitnym jedwabnym, był r. 1785 w Archiwum Koronnem. – Kopia d. 26 Lipca 1785 przepisana, w Tekach Naruszewicza, Tom IX, Nr. 184.)

Treść druk. w Inventar. Archivi Cracov. pag. 228. i w Grünhagen: Lehns und Besitzurkunden Schlesiens. II p. 578 Nr. 4 – w obu z datą: Datum in vigilia S. Mathaei Apost 1396 (t. j. d. 20 Septembris)

/: Oryginał pergaminowy, z pieczęcią oderwaną po której tylko sznurek pozostał, dziś w Rumiancowskiem publicznem Muzeum w Moskwie Nr. 122. – druk. w Prochaska Ant. Materyały archiwalne wyjęte głównie z Metryki litewskiej. Lwów 1890. 8vo str. 11. Nr. 15. :/

Hedvigis regina Poloniae Dominico
loco regio mansum cum area in villa
Skotniki donat.

In Kalisz Anno ~~MCCCXCVII~~ 1397 die 26 mensis Aprilis

Hedvigis Dei gratia regina Poloniae et hae-
res Hungariae. Significamus tenore praesentium
quibus expedit universis et futuris praesentium
notitiam habituris et benigne consideratis stabi-
lis perseverantiae diuturnis et onerosis servi-
tiis nobis et serenissimae principi recolendae
memoriae dominae Elisabethae olim Hungariae
et Poloniae reginae aviae nostrae clarissimae
per Dominicum Pocum nostrum fidelem studio-
se exhibitis et in posterum exhibendis, quorum
intuitu volentes ipsum gratiae specialis prae-
rogativa prosequi et ad nostra servitia an-
tea reddere promptiorem eum sibi haeredibus-
que suis et legitimis successoribus mansum

agrorum liberum cum area in villa nostra Skot=
niki prope Cracoviam inter mansos Kossuch et
Petri, intrando villam de Cracovia in dextra par=
te villae ejusdem jacentem cum pratis et aliis ad=
jacentiis ad ipsum mansum agrorum ab antiquo per=
tinentibus, prout ab aliis longe lateque ac circum=
ferentialiterque est distinctus dedimus, contuli=
mus et donavimus donatione perpetua ac damus
conferimus et donamus praesentibus gratiose per
ipsum Dominicum et ejus posteros suos libere et
absque quacunque censuum seu aliarum contributio=
num solutione tenendum, habendum, utifruendum,
vendendum, commutandum, alienandum et in usus
suos beneplacitos convertendum et perpetuo possi=
dendum, prout sibi et eisdem nosteris suis melius
et utilius videbitur expedire, harum quibus sigillum
nostrum appensum est testimonio litterarum. Datum
in Kalisch feria quinta proxima post festum Pas=
chae Anno Domini Millesimo Trecentesimo, nonagesi=
mo septimo. Praesentibus Sandziuogio palatino Ka=
liscensi, Petro Rpiszka magistro curiae, Johanne
de Thanczyn castellano wogynicensi, Jacusio de Bo=
turzyn succamerario, Clemente de Quilina subpin=
cerna, Joanne Szczekorzyn subdapifero aulae nostrae
et aliis quam pluribus nostris fidelibus fide dignis.

(Oblat. ad acta castr. cracov. fer. 3ª post
fest. Assumptionis B. V. Mariae 1693
per Petrum Nicolaum Luzyński procura=
torem nomine Vicariorum ecclesiae
cathedr. crac. Libr. Relat. Tom. 120 pag. 1513)

Cives Latorienses profitentur, quousque in viris superstites fuerint, obedientiam Hedvigi ducissae Latoriensi. – Anno 1398.

Powyższa treść w Inventarium Cracov. pag. 228.
i w Grünhagen II pag. 399 Nr. 5.

Mscislaus abbas monasterii tyniecensis venditionem allodii in Prądnik per Joannem Statsriber Gregorio Swab et Dorotheae uxori ejus ratificat.

Tyniec 1398. die 28 Maji.

In nomine Domini Amen. Quoniam rebus humanis caligo oblivionis et calumniae scrupulus saepe novercantur, nisi testium adminiculo et scripturae firmamento fuerint actus ipsorum perenniter roborati: Et proinde nos Mscislaus patientia divina abbas, Martinus prior, Stanislaus custos, Joannes praepositus, Matthias claviger, Joannes de Corczyn, Stanislaus confessor etc. monachi totusque conventus monasterii Tynecensis ordinis sancti Benedicti cracoviensis dioecesis; notum facimus tam praesentibus quam futuris praesentium notitiam habituris: quod coram nobis capitulariter congregatis constitutus personaliter providus Joannes Statsriber civis cracoviensis tanquam cmeto noster de villa nostra Prandnik recognovit, quod allodium suum in dicta haereditate nostra in Prandnik situm inter domum quam ex una parte Jurga spectantem ad Joannem Cranz presbyterum ex una inhabitat et ex alia parte domum quam Janussius Warszowski obtinet cum areis, hortis nec non quatuor mansos franconicos sitos inter agros Joannis Cranz presbyteri praedicti quos dictus Jurga colit ab una a sinistris et agros

dicti Janussii Warszowski a dextris parte ex altera procedentes progressive prope viam per quam itur de Cracouia et Zrandnik haereditate in Mechouiam ad agros et campos ac limites haereditatum Gorki et Wangersie, et quintum mansum franconicum situm inter alium mansum sculteti supradicti a sinistris et Joannis Cranez a dextris jacentem et progressive procedentem a via qua itur in Rakowicz a manso Joannis Besinacz usque ad limites haereditatis Wangercze, ac quatuor mansos seu agrum dictum Przymiarki sitos a manso Joannis Cranez presbyteri praedicti et usque ad limites haereditatum Raczborowice et Mistrzowice penes agros sancti Nicolai ecclesiae suburbii cracouiensis sitos in haereditate nostra Zrandnik praedicta atque pratum situm inter ~~agros excultos ejusdem~~ dictos quatuor mansos et quintum mansum seu agrum dictum Przymiarki situm inter agros cmetonum ejusdem tendentem ad limites haereditatis in Mistrzowice, et duo prata intra quatuor mansos magnos praedictos franconicos sita cum omnibus ipsorum pertinentiis fructibus juribus velut ad ipsum pertinebant emphiteutico jure honesto viro Gregorio dicto Swab civi cracouiensi et Dorotheae suae uxori producentis octuaginta marcis grossorum pro quibus ipsa Dorothea domum suam sitam in circulo civitatis cracouiensis penes domum Stanislai Muchaw vendidit Langzidloni civi cracouiensi ut idem Gregorius confitebatur jure cmethonum emphyteutico vendidisse ipsis Gregorio et Dorotheae eorumque pueris; ita tamen quod si ipse Gregorius diem suum prius claauderit extremum, pueri cum matre aequa portione deberent uxori et pueris decedentibus in ipsam Dorotheam matrem omnia debeant devolvi tanei mansi et bona supradicta

et ad suos legitimos successores cum pleno jure et in nulla par-
te ad consanguineos Gregorii ejusdem; si vero ipsam Dorotheam
et pueros ipsius prius quam Gregorium praedictum migrare
ab hac luce contigeret, et tunc praedicta bona ad ipsum Grego-
rium debent spectare et cum ipsis disponendi habebit fa-
cultatem, eademque perpetuo per ipsos Gregorium Dorothe-
am et pueros ipsorum et successores eorum legitimos habenda,
tenenda, possidenda, vendenda, commutanda et ad usus be-
ne placitos convertenda, ita tamen quod pro juribus nos-
tris de quolibet manso quinque mansuum franconicorum
et quinque Drzyniarki nec non pratis super descriptis
ac allodio suprascripto pro censu annuo per octo scotos
divisim, conjunctim vero unam marcam cum sedecim sco-
tis grossorum exsolvere cum aliis emolumentis dictae nostrae
haereditatis componere ad duo prandia et simul cum eis-
dem ipsi et eorum successores semper ad festum sancti
Martini dare et cum effectu tribuere decimam vero mani-
pulatim de dictis mansis ecclesiae praedictae sancti Ni-
colai decimare juxta consvetudinem ab antiquo servatam
perpetuo sint astricti. Quam quidem venditionem et resig-
nationem Gregorius praedictus petivit per nos ratificari,
gratificari et confirmari ipsisque Gregorio ac Dorotheae
ac pueris praedictis eorumque successoribus concedere et
indulgeri, quod in praedictis bonis resignatis cum et si
possint piscinam et utilitatem quamcunque ipsis liceret
libere facere et aedificari absque alia qualibet solutione

dignaremur. Nos vero considerantes venditionem et resigna-
tionem praedictam rite et rationabiliter facta ipsa ratifi-
camus gratificamus et confirmamus, ordinandique aedifi-
candi et faciendi piscinam et utilitatem quamcunque libe-
re et sine alia solutione alicujus census concedimus eis-
dem Gregorio et Dorotheae ac pueris suis et eorum legiti-
mis successoribus omnimodam facultatem ita tamen
quod non sit in praejudicium nostrum neque nostri scul-
teti. In quorum omnium testimonium et evidentiam
pleniorem praesens privilegium scribi ac sigillorum
nostrorum appensione munimine fecimus roborari. Ac-
tum et datum in monasterio nostro Tynecensi praedicto,
Feria tertia die festi Pentecosten Anno [illegible] Domini
M.CCC.XCVIII; Praesentibus nobilibus viris Viz-
bante et Derslao de Zabloeze, Alberto de Luczslawice,
Petrasio de Woszynowice, Vincentio de Zarogow Gerual-
do de Gerbaldowice testibus ad praemissa vocatis specia-
liter et rogatis.

Mscislaus abbas, totusque conventus tine-
censis ordinis S. Benedicti concordiam ratio-
ne praestandarum obventionum cum
incolis ville Lrądnik ineunt.

In Tyniec, anno 1398, die 16 mensis Augusti

In nomine Domini Amen. Ne ea quae aguntur in
tempore simul labantur cum tempore consueverunt
scripturae adminiculo et testium annotatione perenne
recipere robur firmitatis. Et proinde nos Mscislaus
patientia divina abbas, Martinus prior, Joannes
praepositus, Stanislaus custos, Mathias claviger,
Joannes cantor, Stanislaus confessor, Joannes de Corczyn,
Stanislaus Wieliczka, Joannes de Chuchow fratres to-
tusque conventus monachorum monasterii Thynecen-
sis ordinis sancti Benedicti Cracoviensis dioceseis,
notum facimus quibus expedit universis praesenti-
bus et futuris praesentium notitiam habituris: Quo-
niam inter nos ex una ac honestos et discretos viros
Joannem scultetum, Gregorium dictum Swab caete-
rosque emethones ac Joannem presbiterum dictum
Cranz vice emethonem hereditatis nostrae villae

vulgariter dictae Prandnik de et super quibusdem
collectis et contributionibus per serenissimum prin=
cipem et dominum nostrum dominum Wladislaum
Dei gratia Poloniae regem supremumque Lithuano=
rum ac Russiae dominum et haeredem etc. innosci=
tae parte ex altera quaestionis materia fuit exorta
tandemque praefati scultetus et cmethones pri=
vilegium ipsorum nostrorumque praedecessorum
antiqvum atque nostrum innovationis antiqui pri=
vilegii praedicti ostenderunt, ex quibus quidem pri=
vilegiis comperimus .... haereditate nostra villae
Prandnik tres liberos et quartum illiberum sculte=
ti nec non quatuordecim cum medio mansos seu
laneos francónicos illiberos cmethonum a solutio=
nibus censuum scilicet per octo siclos grossorum
et de quolibet manso trium prandiorum unius
sculteti et duorum cmethonum juxta dicta privi=
legia contineri et ad nullas alias exactiones con=
tributiones ipsos scultetum et cmethones nobis
obligari nisi praedictum scultetum ratione judi=
calium obventionum et poenarum tertium dena=
rium nobis dari debere excepto laneo ecclesiae nos=
trae sancti Nicolai suburbii craioviensis cum
curia ipsius ecclesiae ab omni solutione exactio=
ne et contributione praedict. liberis prorsus ex
toto. Et post diversos inter nos et eosdem tractatus

etiam coram judicibus commissariis praelibati do-
mini regis habitos per eosdem judices et commissa-
rios determinatum fore ad exactiones et contribu-
tiones praefati domini regis scultetum cnethones
ac praefatum Joannem presbiterum in nullo obligari.
Quapropter praefatus Joannes Crancz presbiter prin-
cipaliter et exinde Gregorius Swab et tandem Jo-
annes scultetus praedictus nomine ipsorum ac
omnium et singulorum cnethonum haereditatis nos-
trae villae praedictae Prandnik nobis supplicarunt,
ut ipsis super determinatione praedict nostrum
adhiberemus consensum pariter et assensum ip-
sumque roboramus perpetuo valiturum. Nos vero
ipsorum petitionibus inclinati determinationem
praedictorum judicum et commissariorum prae-
dictorum ratificantes a praedictis contributionibus et
exactionibus regalibus ipsos ac eorum successores
in perpetuum liberamus et de praedictis censibus nos-
tris per octo sexos praedictis prandris tribus et tertio
denario judicialium obventionum juxta privilegia nostra
in posterum nos et perenniter nostros successores volu-
mus esse contenta et contentes. In quorum omnium tes-
timonium et evidentiam pleniorem praesens privile-
gium scribi et sigillorum nostrorum appensione fecimus
roborari. Actum et datum in monasterio nostro Thinecen-

si praedicto in crastino Assumptionis Sanctae Mariae Virginis gloriosae Anno Domini Millesimo Trecentesimo nonagesimo octavo. Praesentibus nobilibus viris dominis Chebda de Koschen, Wierzbietha et Derslao de Zabloczie, Vincentio de Zarogow. Vis: lao Morka de Othwinow Jacusio de Bothurzin aliis quam plurimis testibus fide dignis.

(Ex confirmatione Stephani regis Pol. dat. Cracoviae die ultima Novembris 1578 oblata ad acta castr. crac. fer. 2ª ante fest. SS. Simonis et Judae apost. 1583 in Libr. Relat. T. IX p. 1554-1556 Nº 2099 ubi memoratur originale in charta membranea cum binis sigillis pensilibus abbatis et conventus monasterii Thinecensis.)

Przemislaus Dux Theschiniensis et dominus
Maioris Glogoviae, Przemislaus et Bolko sui
haeredes, Joannes Dux Ussuicensis, Bolko
et Bernhardus Duces Opolienses promittunt
Vladislao Regi Poloniae, Joannem episcopum
Caminensem, Ducem Opoliensem a Rege Polo-
niae in Kalisz arestatum et inde sub cautione
dimissum, nihil contra Regem et Regnum
Poloniae tentaturum, et spondent sub vadio.

Theschinii, Anno 1399 in Conductu Paschae

Dogiel: Codex diplomat. Tom I pag. 540.

Rota privilegii

quo Joannes dux Osvięcimensis ecclesiae S. Magdalenae in Wysoka piscinam donat.

Anno 1399 d. 9. Septembris

..... 1399 feria tertia post Nativitatem B. V. Mariae, praesentibus Vancone capitaneo nostro, Petro Slupski etc. (Mscr.)

Wenceslaus Romanorum Imperator et Bohemiae Rex approbat inscriptionem dotalitii per Johannem Ducem Oswiecimensem Hedvigi consorti suae factam.

Pragae, Anno 1400, die 13 mensis Maii.

Wir Wenczlaw von gotes gnaden Romischer kunig czu allen czeiten merer des reichs und kunig zu Beheim, bekennen und tun kunt offenlichen mit disem brive allen den die in sehen oder horen lesen: wann der hochgeborn Johans herczog zu Awswiczen unser liber oheim und furste Hedwigen seiner elichen hawsfrawen die nachgeschriben vesten, stete und dorffer, mit namen die vesten Wolke, die stat genant Newenstat, die stat genant Frawenstat, das stetel Trzyewogecz, und die dorffer Spikwicz, Bratmansdorff, Keymandorff, Geraltsdorff, Peterswalt, Flossnicz, Hartmansdorff, Podolczie, Beigelsdorff, Bachwicz, Jaresswicz, Tluczan, Zabrzicz, Zakrzow und Zorzow mit allen iren vorwerken, mulen, welden, wisen, teychen, wassern, czollen und sust allen andern iren zugehorungen, wie die genant sein, nichtes ausgenommen fur fumftusent mark grossen Polonischer czale, Prager muncze, dovon sie alle iare fumfhundert mark iarliches zinses haben sol, zu rechtem leibgedinge vermachet

und gegeben hat, und derselbe unser oheim uns in seinen briven und mit boten fleissiclichen gebeten hat, das wir zu sulchem leibgedinge unsern gunst und guten willen zu geben und der egenanten Hedwigen dieselben vesten stete und dorffer mit iren zugehorungen als vorgeschriben stet, zu verleihen gnediclichen geruchten, des haben wir angesehen fleissige bete und ouch dinste und treuwen, als uns der egenante unser oheim und furste oft und dike willicliclichen erczeigt und getan hat, teglichen tut und furbas tun sol und mage in kunftigen czeiten, und haben dorumb mit wolbedachtem mute, gutem rate und rechter wissen zu sulchem obgenanten leibgedinge unsern gunst und willen gegeben und ouch der egenanten Hedwigen die vorgeschriben vesten stete und dorffer mit allen und yglichen iren zugehorungen zu rechtem leibgedinge willichlichen gelihen und gereicht, leihen und reichen ir die in craft dirz brives und kuniglicher macht zu Behein, also das sie die zu rechtem leibgedinge furbas mer haben halden besitzen und der geruliclichen geniessen und gebrauchen solle und moge in allermassen und weise als leibgedings recht und gewonheit ist in dem lande do die egenante guter gelegen sind, von allermenicliclichen ungehindert, und nach lawte

sulcher brive, die derselb herczog von Awsswicz derselben Hedwigen seiner gemahel doruber geben hat, und geber ist ouch zu lehentrager und zu vormunden des egenanten leibgedinges den hochgebornen Przympken herczogen zu Troppaw unsern liben oheim und fursten, der sie an sulchem leibgedinge getrewlich vorwesen und ir vorsein solle, unschedlich doch uns und der cronen zu Beheim an unsern leren dinsten und rechten. Mit urkund dicz brives versigelt mit unser kuniglichen maiestat insiegel.
Geben zu Prage nach Cristes geburt in dem virczehenden hunderten iare des donrstages nach dem suntag als man synget Jubilate, unserr reiche des Beheimischen in dem siben unddreissigsten und des Romischen in dem vir und czweinczigisten iaren.

Per d. W. patriarcham Anthiochenum cancellarium Franciscus Pragensis canonicus.

(In dorso:) R. Jacobus de Praga.

(Bryginał na pergaminie, pieczęć odwieszona – w zbiorze Xcia Władysława Czartoryskiego w Krakowie. – druk. w Grünhagen II. p. 579 No 6. – Tresć w Inventarium Cracov. pag. 228.)

Advocatus cum consulibus civitatis Lanc: Korona resignationem certorum hor: torum per Joannem Verona civem incolis lanckoronensibus ven: ditorum, confirmant.

In Lanckorona, anno 1402 die 14 mensis Maji.

Nos Petrus Advocatus una cum consulibus et scabinis ac universitate civitatis de Lanczkorona notum faci: mus omnibus hanc paginam inspecturis praesentibus et futuris: quod discretus vir nomine Joannes dictus Vero: na civis de Lanczkorona veniens nostram ad praesentiam, non coactus non compulsus seu seductus sed bona delibera: tione animi sui et corporis sospitate maturoque consilio suo: rum amicorum praehabito in judicio plene bannito sagaci: bus viris consulibusque eidem civitati ad augmentum et omnibus ejus habitatoribus seu incolis ac universis ad pascendum pecudes sive pecora ortos ante praefatam civitatem eundo in Jastrzabia cum omnibus fructibus, utilitatibus et proventibus ad dictos ortos pertinentibus

secundum quod in omnibus suis metis sunt situati nominaliter cum his
juribus et obvenientionibus, prout idem Johannes tenuit
et possidebat, ratione census sex grossos de praefatis
Kortis solvere tenebat, saepedictus Johannes praefatis
consulibus ac omnibus incolis supra ut edocet totae
civitati pro una sexagena usualis terrae monetae
Cracoviensis vendidit liberaliter ac libereque tute re=
signavit. Quibus consulibus suisque haeredibus
legitimis successoribus ac posteris habitatoribus seu
incolis perpetue valituros et ad usus beneplacitos
vendendos, donandos seu etiam commutandos, juxta
quod eisdem consulibus ac incolis nec non universae
civitati melius, utilius et convenientius ac sanius vi=
debitur expedire. Ut autem haec venditio coram nobis
rite ac rationabiliter sit habita et ipsius venditio=
nis protestatio perpetuitatem et robur obtineat
veritatis firmitatem, In cujus rei testimo=
nium et evidentiam clariorem praesens scriptum
nostris sigillis munimine est roboratum, Praesenti=
bus his testibus Nicolao Kosselkone, Paulo dicto Sz=
korka, Petro dicto Mroczkowicz, Johanne dicto Szie=
ra consulibus de Lanczkorona, Petro dicto Puchinka
nec non Adae dicto Pleskoth Gallo dicto Gavel et aliis

fide digniß ejusdem civitatis. Datum et actum in oppi=
do dicto Lanczkoruna in die dominico qua cantatur in
ecclesia Dei: Dominus illuminatio mea, Anno Domini
M° CCCC° secundo, nostris sigillis certis subappensis.

(Ex confirmatione Stephani regis Pol.
dat. Warschoviae in conventione regni
generali d. 2 Febr. 1581, oblata ad acta
castr. crac. fer. 4ta post Dominicam Ju=
dica 1589)

(Oryginał na pergaminie, pieczęci oderwane, z któ=
rych pozostało tylko 2 paski pergaminowe. W
zbiorze hr. Wiktora Baworowskiego — druk.
w Prochaska Antoni: Materyały archiwalne
wyjęte głównie z Metryki litewskiej. Lwów
1890. 8vo str. 12, Nr 17, gdzie wszędzie czyta:
Lanczcorna — zamiast Lanczkorona.)

Die Schlesischen Fürsten: Wenzlaw Bischof zu Breslau, Przemisla zu Teschen mit seinen Söhnen, Ruppreh zu Liegnicz, Przemko zu Troppaw, Bolko und Bernhard zu Oppul, Offka Herzogin zu Oppul, Heinrich zu Lobin, Hans zu Uswezin, Ludwig zu Briege und Hans zu Glogaw, Herzoge in Schlesien, verbinden sich zu treuem Festhalten an König Wenzlaw Römischen König und König in Böhmen, und zur Abwehr von Ruhestörern. – In Breslau, am Montage vor S. Marien Magdalenen Tag (17 Juli) 1402.

Tresć w Sommersberg Script. rer. Siles. I. 1006–
Lünig C. D. Germ. dipl. II. 26. – Grünhagen
u Markgraff. I p. 19 No 9.

Petrus Wyoz de Radolin episcopus cracovien= sis approbat contractum Mscislai abbatis mo= nasterii tyniecensis et Joannis de Korabiowice canonici ratione tenutae bonorum Pogwizdow et Mniszkowice.

Cracoviae 1402, die 11 Novembris.

In nomine Domini Amen. Nos Petrus Dei gratia episcopus cracoviensis una cum venerabili ca..itulo nos= tro cracoviensi notum facimus quibus expedit univer= sis praesentium notitiam habituris: Quod constituti coram nobis venerabiles ac religiosi viri Mscislaus abbas, Stanislaus prior, Stanislaus custos, Matthias claviger, Stanislaus cantor nomine conventus monasterii Tynecensis ordinis sancti Benedicti cracoviensis dioece= sis ex una, et honorabilis vir dominus Joannes de Ko= rabiowice canonicus praefatae ecclesiae nostrae cracо= viensis parte ex altera recognoverunt quod ipsi abbas, prior et conventus in haereditatibus eorum bonis et pos= sessionibus videlicet Pogwizdow et Mniszkowice sitis prope Bochnam in illas ab annis pluribus utilitates habuerint, volentes de eisdem fructus utilitates in poste= rum consequi ampliores et conditionem ipsarum ordina= re meliorem, easdem haereditates cum omnibus fructibus

proventibus, censibus, piscinis, agris, pratis, pascuis aquarum decursibus, tabernis, molendinis quotquot ibi fieri et construi possint praefato domino Joanni exposuerunt et locaverunt per eum meliorandi, tenendi, habendi et possidendi temporibus suae vitae pro annua pensione infrascripta. In silvis vero haereditatum praedictarum nihil vendere nec alienare debet, sed ne subtrahantur arbores de eisdem custodiam diligentem circa ipsas habere debet ut augerentur et dum taxat pro reparatione domorum, curiarum et necessitate ipsarum habebit excidere facultatem et ut tanto melius valeat facere meliorationes in eisdem adjunxerunt sibi labores cmetonum ipsorum villarum in Lapczyca et Koia now ac servitia quae ipsis et curiis ipsorum in Lapczyca et Koia now exhibere tenentur pro tempore et temporibus consvetis. Praefatus vero dominus Joannes pro fructibus, usibus, redditibus et pertinentiis supradictis per octo marcas primis duobus annis, scilicet Anno Domini Millesimo Quadringentesimo tertio et quarto per octo marcas deinceps vero per decem marcas monetae et numeri regni Poloniae communiter currentis annuatim singulis annis in tempore sancti Martini semper temporibus vitae suae praefatis abbati, priori et conventui et eorum successoribus de fertonibus decimalibus villae Zodlowka penes Zyrzawa assignare se astrinxit, ita tamen, quod si quid de dictis fertonibus decimalibus superfluum fuerit, pro parte ipsius domini Joannis recipientur pensione soluta, et si quid defuerit, ipse dominus

Joannes aliunde se supplere astrixit in conventu et mo=
nasterio supradictis dicto tempore dilatione qualibet
procul mota. Post mortem vero ipsius domini Joannis
omnes meliorationes et tota substantia in frumentis
pecoribus, pecudibus, equis jumentis et singulis rebus
per eundem dominum Joannem derelictis ad abbatem,
priorem et conventum monasterii Tyniciensis imme=
diate et in continenti debent devolvi cum haereditatibus
villis et possessionibus supradictis, nullusque frater
aut parentes, cognati et agnati et quilibet successores
ipsius domini Joannis tam patrimoniales quam bene=fi=
ciorum quorumcunque spirituales vel seculares ad ean=
dem quovis quaesito colore habebunt jus aut respectum;
et si quis quispiam attentare praesumpserit, ea aut
quicquid rapere vel occupare, poenam excommunicatio=
nis nostram episcopi seu capituli aut utramque quas
ex nunc prout ex tunc juxta ordinationem praedictam
contra tales ferimus et etiam promulgamus, incurret et
incurrent, et alias adversus ipsos in graviores proces=
sus procedemus et procedi debebit in posterum per nos=
tros successores. In quorum omnium testimonium et
evidentiam pleniorem praesentis contractus litteras
scribi et sigillorum nostrorum appensione fecimus com=
muniri. Actum et datum Cracoviae in capella ac con=
clavi capituli cracoviensis, Anno Domini MCCCCII ip=
so die sancti Martini confessoris gloriosi; praesenti=
bus honorabilibus et discretis viris dominis Sbigneo

archidiacono, Nicolao praeposito sancti Floriani, Joanne sancti Michaelis, Dziwissio praeposito scarbimirienſi, Petro Streliz, Nicolao Poray, Henrico de Repti, Martino Bessarabski canonicis ecclesiae craſoviensis praedictae testibus ad praemissa.

Joannes Dux Oswiecimensis venditionem duarum ex novem partibus Advocatiae Zatoriensis per Paulum filium Arnoldi de Zator Margarethae relictae viduae Mathiae Advocati in Zator factam approbat.

Anno 1404, die 8 mensis Aprilis.

In nomine Domini Amen. Nos Johannes Dei gratia Dux Oswiecimensis tenore praesentium notum facimus universis: Quod in praesentia nostra personaliter constitutus providus vir Paulus filius Arnoldi de Zathor sanus mente et corpore, non compulsus nec coactus, sed bono habito consilio suorumque consanguineorum, omnem partem suam in Advocatia Zathoriensi habitam duas ex novem partibus se vendidisse fassus est honestae dominae Margarithae olim relictae Mathiae advocati in Zathor, sibi ac suis legitimis successoribus pro centum quinquaginta grossorum marcarum

latorum Bohemicalium cum omni iure, usu, domi-
nio, fructu, censibus, redditibus, molendinis,
stagnis, sareptis, scamnis sutorum, pistorum, ma-
cellis carnificum, balneis aedificatis vel aedifican-
dis per hanc ad eius legitimos successores et
nullos alios, ac cum omnibus proventibus, qui
iam sunt et in futuro esse poterint, nullis exemptis
tamen veluti solus ipse tenuit ac possedit,
quorum bonorum praefatam Margaretham con-
stituit haereditariam, ei videlicet suisque legiti-
mis successoribus resignando assignavit tota-
liter, ut eis uti poterit perpetue ac haereditа-
rie possidere, tenere, vendere, commutare et in
usus suos quosque, prout sibi placuerit, redi-
mere eam denique promittentes ab omnibus
eam in his impedientibus tueri ac protegere.
Cui quidem honestae Margarethae ultra haec
omnia ex speciali nostra gratia concessimus ac
suis legitimis successoribus perpetuegue confir-
mamus, omnibusque incolis civitatis nostrae Za-
thor inhibuimus, quatenus nulli alio molendino
frumenta molenda committerent, duntaxat eo vel

eis ad praeditam Advocatiam spectantibus una cum libertate littor Stava (Skava) reparandi eiusque aquam aluei convertendi ad usus quosque suorum molendinorum. In cuius rei testimonium maiusque robur praesentium sigillum nostrum appensum esse voluimus. Acta sunt haec et data feria tertia proxima post Quasimodo geniti. Anno Domini Millesimo Quadringentesimo quarto Praesentibus existentibus Capitaneo nostro Wawrzone de Sleszowize, Michaele de Fridrychowize, Jaskone de Ląki Leszkowe et Jaskone de Canty, caeterisque pluribus fide dignis, ac denique Petro Faltenberg notario nostro fidelissimo.

(Oryginał pergaminowy z oderwaną pieczęcią w Archiwum Koronnem – Kopia w Tekach Naruszewicza tom X, str. 61.) – Treść w Inventarium Cracov. pag. 228)

Joannes dux oswietimensis donat sylvam circa rippam Sucha et 13 laneos seu mansos franconicos incipiendo ab eadem rippa – pro locanda villa Sucha.

Ann. 1405.

(Cum Confirmatione Joannis ducis oswietimensis An. 1493.)

(Przywilej ten był w posiadaniu P. Strzały i przez niego produkowany d. 17 Januarii 1564 podczas rewizyi listów na imiona król. w województwie Krak.)

(Obacz r. 1333.)

Jan Książe oświecimski nadaje Strzale las circa rippam Sucha i 13 łanów frankońskich incipientium ab eadem rippa na zasadzenie wsi (Suchy). Dat. 1405.

Potwierdzony przez Janusza Księcia oświecimskiego 1493.

Przywilej ten produkował Strzała d. 17 Januarii 1564 przed Rewizyą na imiona J. Król. M. (w Lib. Obl. castri Cracov. ann. 1563–1565. Tom 82.)

Venceslaus Romanorum imperator confirmat feudum ducatus Oswiecimensis Hedvigi consorti suae (?) factum, ac Premislao duci Tessinensi. Anno 1407.

(Treść powyższa w Inventarium Cracov. pag. 228.)

Wenceslaus Romanorum Bohemiaeque
Rex Premislao Duci Tessinensi possessio-
nem feudalem Ducatus Oswiecimensis post
mortem Joannis Ducis confert.
Pragae, Anno 1407 die 22 mensis Februarii.

Wir Wenczlaw von gotes gnaden Romischer Kunig
czu allen czeiten Merer des Reichs vnd Kunig
zu Beheim, Bekennen vnd tun kunt offentlich
mit disem briue allen den die In sehen oder heren
lesen. Wann wir vormals dem Hochgebornen Przi-
mislawen herczogen czu Teschin, vnserm liben Chei-
men vnd fursten sulche gnaden getan haben durch
seiner dinste willen, vnd ouch durch bete etwenn
des hochgebornen Johans herczogen zu Awswiczen,
dem got gnade, in sulcher masse, Wer es sache,
das er an erben abginge mannesgeslechte das denne
sein herczogtum zu Awswiczen mit allen fursten-
tumen, herscheffften, lanten, leuten, Steten, Merkten,
dorffern, Wisen, Welden, Teichen vnd allen zugeho-
rungen, nichts vsgenomen, an den egenanten Przimis-

lawen herzogen zu Teschin vnd seine erben gemeinlichen gefallen vnd erben sollen in allen wirden vnd rechten als dasselb Herzogtum von alders herkumen ist. Als wir ouch zu denselben czeiten dem egenanten Przimislawen herzogen zu Teschin vf sulche zuversicht sulches Anfalles, dasselbe herzogtum czu Awswiczen gelihen vnd gereicht haben. Als das vnser Maiestat brief den wir demselben Przemislawen vnd seinen Erben doruber gegeben haben, eigentlichen vorweiset. vnd sint es nu zu schulden komen ist das der egenante Johanns herzog zu Awswiczen an Erben verscheiden vnd abgegangen ist vnd dasselbe herzogtum zu Awswiczen an den egenanten Przimislawen vnd seine Erben recht vnd redlich komen vnd gefallen ist, als er ouch des in gerichtlicher Gewere vnd Besitzunge ist. Vnd sind ouch derselbe Przimislaw von gotes verhengnisse vnd rechtem Alder in sulche leibs Krankheit komen vnd gefallen ist Also das er seinselbs vnmechtig ist, sunder das man In tragen heben vnd legen mus, also das er sich selber nicht behelffen noch beruren mag. So haben wir angesehen sein gneme dinste vnd trewe, die derselbe Przimislaw herzog zu Teschin vns vnd vnserm vater seligen Keiser Karlen dem got gnade getrewlichen willichlichen getan hat, vnd haben

Im dorumb mit wolbedachtem mute gutem Rate vn-
sir fursten vnd getrewen vnd rechter wissen das egenan-
te herczogtum zu Awswiczen mit seinem furstentum,
landen, leuten, Steten, Mannen, Merkten, dorffern,
wisen, welden, weyden Bergen, Talen vnd allen zu-
gehorungen nichts vsgenomm[illegible]en, gnediclichen geli-
hen vnd gereichet, leihen, leichen vnd reichen Im die
in craft diez briues vnd kuniglicher macht zu Behein.
Also das er uns dorumb nicht leiblich besuchen darf,
doch das er vns als einem Kunig zu Behein seinem
rechten naturlichen Erbheren domit getrew, gehorsam
vnd gewer sein sal, vnsern schaden zu wenden vnd
fromen zu werben. Als das ein Erbfurste gen sei-
nem Erbherren von rechte vnd gewonheit zu tun
pflichtig ist. Also das derselbe Irzmislaw herczog
zu Teschin vnd seine Erben vnd nachkomen das-
selbe herczogtum zu Awswiczen mit seinen zugehorun-
gen von vns vnd der Cron zu Behein zu rechtem
furstenlichen Manlehen haben, halden, besiczen ge-
brauchen vnd geniessen sollen in allen wirden vnd
rechten, als der egenante Johans herczog zu Awswiczen
vnd seine vorfarn vnczher gehabt vnd besessen ha-
ben. Vnschedlich doch vns vnd der Cronen zu Behein
an vnsir lehen dinsten vnd rechten vnd ouch vns
yderman an seinen rechten. Mit vrkunde diez briues
versigelt mit vnsir kuniglichen Maiestat Insigel.

Geben czu Prage, Nach Cristo geburt virczen=
hundert Jar vnd dornach in dem Sibenden Jare, des
nechsten dinstags nach dem Suntage als man sin=
get Reminiscere in der vasten. Vnsyr Reiche
des Behemischen in dem vir vnd virczigsten vnd
des Romischen in dem Eyn vnd dreyssigstem Ja=
ren.

Per d. W. patriarcham Anthiochenum cancella=
rium Franciscus prepositus Boleslaviensis.

(in dorso:) R. Paulus de Tost.

(Oryginał w Archiwum Koronnem –
Kopia w Tekach Naruszewicza
Tom X, Nr. 107.)

Oryginał na pergaminie, pieczęć oderwana –
w Zbiorach Biblioteki Władysł. ks. Czartorys=
kiego.

druk w Grünhagen: Lehns= und Besitzur=
kunden Schlesiens, II pag. 580. Nr. 7.

Litterae excommunicationis latae per

Joannem Frequentinensem episcopum delegatum apostolicum contra occupatores bonorum Conventus Syneccensis utpote Klecza (Kleie), Blaszkowa, Butkowa, Januszkowice, Jogolow, Glinik, Siedliska, Brzemisk (?), Mata Gniewoszowa, Smarzowa, Dąbrowa, Kamienica, Skorzowa (?)

Lucae, anno 1408 die 1 Junii.

Joannes Dei et Apostolicae Sedis gratia Episcopus Frequentinensis Sacri Palatii Apostolici causarum et causae ac partibus infrascriptis a Domino Nostro Papa Auditor specialiter deputatus Universis et singulis dominis abbatibus prioribus praepositis decanis archidiaconis scholasticis thesaurariis cantoribus, custodibus, sacristis, succentoribus tam cathedralium quam collegiatarum canonicis parochialiumque ecclesiarum rectoribus seu locatenentibus earundem presbiteris plebanis vicariis perpetuis altaristis capellanis curatis et non curatis clericis notariis et tabellionibus publicis quibuscunque per Civitatem et Dioecesim Cracoviensem ac alias ubilibet constitutis et vestrum et eorum cuilibet in solidum ad quem vel ad quos praesentes nostrae litterae pervenerint salutem in Domino et praesentibus fidem indubiam adhibere nostrisque

imo verius Apostolicis firmiter obedire mandatis. Noveritis
quod nuper Sanctissimus in Christo Pater et Dominus nos-
ter Dominus Gregorius divina providentia Papa Duodeci-
mus quandam Comissionis sive Supplicationis cedulam
venerabili et circumspecto viro Domino Joanni de Gatzcow
Decretorum Doctori praepositi ecclesiae Beatae Mariae
Hamburgensis Bremensis dioecesis Domini nostri Papae
Capellano et Sacri Palatii Apostolici Causarum Quinto-
ri reviradicti per quendam suum cursorem praesentari
fecit hujusmodi sub tenore. Supplicat Sanctitati Vestrae
Procurator et Procuratoris nomine venerabilis viri
Domini Wenceslai Abbatis Monasterii Sinicensis Cra-
viensis dioecesis Ordinis Sancti Benedicti quatenus
causam et causas quae vertitur seu verti et esse prae-
tantur ut dictum Dominum Wenceslaum Abbatem et
Conventum ex una et quosdam Nobiles et Armigeros vide-
licet Albertum Judicem Nicolaum Cztan Subjudicem
Somkonem Camerarium Terrae et Districtus Sandomi-
riensis Joannem Judicem Terrae et Districtus Cra-
viensis Jaconem Militem de Rusia Petrum Biel
Armigerum dictae dioecesis de et super certis et maxi-
mis injuriis subditis et hominibus dicti Domini
Wenceslai Abbatis contra libertatem Ecclesiae illatis,
videlicet equis bobus necoribus pecudibus et aliorum
bonorum mobilium spoliationibus et de praedationibus

nec non certarum villarum videlicet Cleczcza Blas-
kowa. Zukowa Zamuszowice Gogolowa. Glinnik Sedlis-
ka Borzemisk Mata Gniewoszowa Smarzowa Dambrowa
Camenicza Skorzowa occupationibus et detentionibus et
ipsorum omnium et singulorum occoñ (occasionem) parte
ex altera committere dignetur alicui ex Venerabilibus
viris Dominis Vestri Sacri Palatii Apostolici Causa-
rum Auditoribus audiendi decidendi cognoscendi et fine
debito terminandi cum omnibus emergentiis incidentiis
dependentiis et connexis cum potestate citandi dictos
Dominos et Armigeros videlicet Albertum Judicem
Nicolaum Oztan Subjudicem Tomkonem Camerarium
Terrae Sandomiriensis et Joannem Judicem Terrae
et Districtus Craconiensis Juonem Militem de Rusria
Petrum Biel omnesque alios et singulos quorum in-
teresse vel aui sua putaverit interesse tam coniunctim
quam divisim in Curia et extra et ad partes toties quo-
ties opus fuerit a quavis causa seu causae huiusmodi
non sint ad Romanam Curiam legitime devolutae nec
in ea de sui natura tractandae seu etiam finiendae.
In fine vero dictae Commissionis sive Supplicationis
cedulae scripta erant de alia manu sed Literae supe-
riori ipsius cedulae penitus et omnino dissimili et diversa
haec verba videlicet De mandato Domini nostri Papae
audiat Magister Joannes Patzczow citet ut petitur

et justitiam faciat. Cujus quidem Commissionis vigore
ipse Dominus Joannes Auditor in causa et causis hu=
jusmodi rite procedens ad honorabilis ~~[illegible]~~
~~[illegible]~~ viri magnifici Simonis de Cpatowiec in Romana
Curia et venerabilium et religiosorum virorum domi=
norum Mscislai Abbatis et Conuentus monasterii
Tyniciensis ~~[illegible]~~ Principalium indicta ipsi Domino
Joanni Auditori ut praemittitur facta et praenota=
ta principaliter nominatorum Procuratoris et Sindici
prout de ipsius Sindicationis et Procurationis man=
dato eidem Domino Joanni Auditori legitima (lma)
extitit facta fides instantiam praefatos Albertum
Judicem, Nicolaum Cztan Subiudicem Tomkonem
Camerarium Terrae et districtus Sandomiriensis
Joannem Judicem Terrae et Districtus Cracovien=
sis Juonem Militem de Russia Petrum Biel
armigerum dictae dioaecesis ex adverso Principa=
les indicta Commissione exadverso principaliter
nominatos per suas certi tenoris litteras citatio=
nis in forma bula instrumenti reddidit ac sigillo
ipsius Domini Joannis de Gatzcow Auditoris impen=
dente sigillatas extra Romanam Curiam et ad par=
tes citari fecit quatenus certo peremptorio termino
in suis litteris expresso Romae vel alibi ubi forsan

tunc Dominus noster Lana cum sua curia resident
compareant judicio legitime coram ipso Domino Jo-
anne Gatzcow auditore aut altero forsan surrogando
ner se vel procuratorem seu procuratores suos idone-
os ad causam seu causas huiusmodi sufficienter
instructos cum omnibus et singulis actis acticatis
juribus privilegijs instrumentis et munimentis
quibuscunque causam seu causas huiusmodi con-
cernentibus praefatum dominum Abbatem et Conven-
tum principaliter aut eorum procuratorem legiti-
mum de et super omnibus et singulis in praescripta
commissione contentis de justitia recensuri et in to-
to negocio ac causa et causis huiusmodi ad omnes et
singulos actus gradatim et successive et usque ad
definitivam sententiam inclusive debitis et consue-
tis terminis et dilationes praecedendo procesuri et
procedi visuri aliasque dicturi facturi auditurique et
recepturi quod justitia suadebit et ordo dictave-
rit rōnis cum certificatione quod sive in dicto ci-
tacionis termino comparere curarent sive non et co-
ram ipso domino Joanne Gatzcow auditore ad partis
comparentis instantiam ad praemissa omnia et singu-
la prout juris est procederetur sive dictus surrogan-

dus procederet dictorum citatorum absentia seu con-
tumacia non obstante. Idem tunc Joannes auditor
sea Romana curia absentavit, propter cuius absen-
tiam idem Dominus noster papa causam et cau-
sas hujusmodi in eo statu quo remanserunt vene-
rabili et circumspecto viro domino Nicolao Vordis
utriusque juris doctori capellano suo et dictina-
tatis causarum auditori commisit resumendi et
ulterius audiendi decidendi et fine debito terminan-
di cum omnibus et singulis suis emergentiis inci-
dendi, dependendi et connexis cum plenitudine omnia alia
et singula faciendi quae ipse Dominus Joannes Gatz-
cow auditor faceret si praesens erit huiusmodi si
quidem commissionis rigore causae et causae huius-
modi per dictum dominum Nicolaum auditorem de-
bite quidem resumptione ut praemittitur facta
idem D. Nicolaus auditor in causa et causis huius-
modi ulterius procedens et eadem citatione in par-
tibus et locis est debite executa et de partibus
una cum ipsius executore reportata ac coram ipso
domino Nicolao auditore per honorabilem virum
magistrum Joannem Gelmen in romana curia et
dictorum abbatis et conventus principalium pro-
curatorem suum et etiam de suae procurationis

mandato ipsi Domino Nicolao Auditori legitima extitit
facta fides judicialiter exhibit ex repñtat Citatorumque
in eadem contentorum non comparentium neque termino
citationis satisfacere curantium contumacia accusata
ipsosque contumaces reputari instanter postulato.
Idem tunc Dominus Nicolaus Auditor dictos Citatos
non comparentes nec termino hujusmodi satisfacere
curantes licet sufficienter expectat. reputavit contuma=
ces In eorum contumaciam ad praefati Magistri Jo=
annis Gelmen. Procuratoris instantiam supradictos
citatos ad dicendum et opponendum quicquid dicere
et opponere volebant verbo vel in scriptis contra
dictam Commissionem ut praemittitur in hac causa
factam et praesentatam nec non citationem et exe=
cutionem de partib. reportat. et ut praemittitur Ju=
dicialiter reproductas per audienciam publicam Lit=
terarum contradictarum Domini nostri Papae citari
mandavit et fecit ad certum peremptorium terminum
competentem. Quo adveniente et in eodem coram ipso
Domino Nicolao Auditore judicialiter comparente Ma=
gistro Joanne Gelmen. Procuratore praedicto quo
supra nomine et citationem praedictam ab ipso Domi=
no Nicolao Auditore emanatam et de ipsius volunta=
te et mandato in audientia publica Litterarum con=
tradictarum dicti Domini nostri Papae positam at=
que lectam, signoque ipsius audiae ab iatro moris

est munitam et sigillatam aliasque debitae executioni
demandatam exhiben Citatorum quin eadem contentorum
non comparentium neque quidquam verbo vel in scrip=
tis con Commissionem citationem et ejus executionem
praedictas dicere seu excipere curant contumacem
accusan ipsosque contumaces reputari peten. Item
tunc Dominus Nicolaus Auditor dictos citatos non
comparentes nec termino hujusmodi satisfacere curan-
tes licet sufficienter expectat reputavit quoad ac-
tum et terminum hujusmodi contumaces in ipsor. q.
contumatiam instan et peten dicto Magistro Jo=
anne Procuratore eosdem Citatos ad dandum et
recipiendum darique et recipi videndum libellum si
ve petitionem summarum in hac causa per audien=
tiam publicam praedictum citari mandavit et fecit
ad certum terminum competentem eundemque termi=
num eidem Magistro Joanni Procuratori id peten-
ti et parti suae ad actum consimilem nihilominus
assignavit. In quo comparuit in judicio coram dic=
to Domino Auditore Nicolao Magister Joannes Pro=
curator praedictus procuratorio quo supra nomine
et citationem praedictam in audientia publica prae=
dictam positam atque latam signatam et sigilla=
tam ac alias debite executam representavit citato=
rumque in eadem contentorum non comparentium ne=

que libellum sive petitionem summariam in hac causa dare et dari videre curantium contumaciam accusavit ipsosque contumaces reputari instanter postulavit ut in eorum contumaciam satisfaciens termino hujusmodi pro parte sua quendam libellum sive petitionem summariam in hac causa pro parte sua facto realiter et in scriptis exhibuit atque dedit tenorem qui sequitur continen. Coram vobis venerabili et ~~[illegible]~~ circumspecto viro Domino Nicolao Vordis Utriusque Juris Doctore Sacri Palatii causarum et hujusmodi causae ac partibus infrascriptis a Domino nostro Papa Auditore specialiter deputato Joannes de Gelmen in Romana Curia Procurator et procuratorio nomine venerabilis et religiosi viri Domini Mscislai Abbatis et Conventus Monasterii Tynciensis dioecesis Cracoviensis Ordinis Sancti Benedicti dat facit et exhibet positionem et articulos per modum et viam libelli sive summariae petitionis positionum et articulorum concludentium et per omnem alium modum per quem melius fieri prout dat contenta sive descripta in eis omnia et singula narrative et dispositive et de quolibet contra et adversus quosdam Nobiles visos et armigeros videlicet Albertum Judicem Nicolaum Catan Subiudicem Tomkonem Camerarium

Terrae et Districtus Sandomiriensis Joannem Judicem
Terrae et Districtus Cracoviensis Petrum Biel et
[illegible] relictam quondam Ivonis de Russijs haeredem et bonorum successorem dicti quondam Ivonis et contra omnes alios et singulos quorum interest vel qui sua putaverint interesse conjunctim et divisim et quemlibet eorum pro dictis Alberto Nicolao Tomkone Joanne Petro et Petna et cuiusque eorum in judicio legitime intervenien. quibus petit singulariter et singulis per praedictos Albertum Nicolaum Tomkonem Joannem Petrum et Pethnam et quemlibet eorum medio ipsorum juramento venderi et si negata fuerint probare intendit et se petit ad proban eosdem admitti ad superfluam t̃n probationem eorundem se minime astringens sed adeam duntaxat quae sibi dicto nomine sufficiat pro victoria praesentis causae obtinenda
Inprimis ponit et probare intendit quod a X. XX. XXX. XL. L. LX. et centum annis proxime praeteritis citra et supra continue nec non a tempore et per tempus cujus initii memoria hominum non existit in Regno et infra Regnum Poloniae fuerunt et esse consueverunt et hodie sunt nonnulla Monasteria Ordinis Sancti Benedicti consueta per Abbates et Monachos regi et gubernari palam

et publice ac notorie. Item quod a tempore et per tem-
pora proxime dicta in dicto Regno Poloniae et infra
illud ac in Dioecesi et infra Dioec-es. Cracoviensem
fuit esseque consevit et hodie est quoddam Monas-
terium ejusdem Ordinis communiter vocatum et appel-
latum Monasterium Sanctense Cracoviensis Dioece-
sis habens Abbatem pro-tempore ut caput et nonnullos
Monachos ut membrum Capitulum et Conventum
suum & consevit dictum Monasterium a tem-
pore et pro-tempore proxime dict' regi et guberna-
ri ac rectum et gubernatum fuit ac regitur et
gubernatur per Abbatem ut praemittitur pro tem-
pore temporibus quibus vacaverit duntaxat exiep-
tis et ita fuit et est verum publicum et notorium.
Item quod de praemissis omnibus et singulis fuit
et est publica vox et fama. Item ponit et probare
intendit quod a X. XX. XXX. XL. et L. annis
proxime praeteritis et citra continue et supra nec
non a tempore et per tempus cujus contrarii memo
ria hominum non existit in Regno et infra Regnum
Poloniae et praesertim in et infra Dioeces. Cracovien.
inter alias villas fuerint esseque consueverunt et
hodie sunt nonnullae villae communiter vocatae
et appellatae videlicet Cleczza Blaszkowa Bukowa

Januszkowicze Gogolowa Glinnik Jedlińska Brzezinki,
Mała Gnowoszowa Smarzowa Dombrowa Camennicza
Scorzowa per homines utriusque sexus inhabitatae quae-
que dictae villae per dicta tempora fuerant et quae con-
sueverant et hodie sunt cum omnibus juribus jurisdictio-
nibus honoribus meribus pagijs tributis censibus red-
ditibus ac aliis quibuscunque pertinentiis subiectae dic-
to Monasterio et Conventui quodque dispositio juris-
dictionis ipsarum villarum a dictis temporibus et per
ipsa tempora de jure ac privilegio regali nec non mo-
re usu consuetudine ac observantia legitime pre-
scripta etiam inconcusse et inviolabiliter observata cum
mero et mixto imperii Dominio spectavit et pertinuit
ac spectare et pertinere consuevit nec non spectat et
pertinet ad Abbatem pro tempore existentem et Conven-
tum dicti Monasterii fuerunt que dicti Abbas pro
tempore existens et Conventus temporibus proxime
dictis ac per ipsa tempora in possesione pleni dominii
dictarum villarum ac omnium praemissarum vel qua-
si sicque ut praedicitur fuit erat et est dictum ve-
ditum tentum et reputatum diciturque creditur tene-
tur et reputatur publice palam communiter et notorie
Item probat et probare intendit ac dicit et asserit quod
de usu more consuetudine et observantia legitime
praescripta et inconcusse ac inviolabiliter observata

etiam a tempore proxime dicto dicti Abbas pro tempo=
re existens et Conuentus fuerunt et esse consueuerunt
et hodie sunt in pacifica possesione pleni dominii dicta=
rum villarum cum omnibus pertinentiis iurisdictione
et aliis praemissis quod ipse Abbas pro tempore existens
et Conuentus de ipsis villis et eorum pertinentiis homi
nibus rebus bonis praedictis temporibus et per ipsa
tempora disposuerunt et hodie disponunt quemadmodum
de et sua propria solit' et disposit' ad sui libitum
et voluntatem et ita fuit et est verum publicum et
notorium. Item quod dicti Albertus [illegible]
Joannes Petrus et quondam Juo maritus dictae Pethnae
dominio libertati atque Juris Jurisdictione et consue=
tudine praedict' nec non subjectione et dominio dicto
rum Monasterii Abbatis et Conuentus ipsis continue
temporibus observatis et possessis temere de facto cum
de jure non potuerunt nec possunt impediuerunt
et impediunt feceruntque faciunt quominus ipsi Ab=
bas Monasterium et Conuentus dominio libertati con=
suetudini priuilegiis ac immediatae subiectioni Mona=
sterii Abbatiae et Conuentui praedictorum praedite gau=
dere possint et valeant quemadmodum per dicta
tempora gauisi sunt et usi et quod deterius est ipsos
Abbatem Monasterium et Conuentum dudum de Anno
Dni. M.CCCLXX et ante spoliaverunt ipsosque Dominos
Abbatem et Conuentum a dictis temporibus citra continue

spoliatos detinuerunt et hodie detinent dictis villis nec non certis subditis et hominibus nec non equis bovis, pecoribus pecudibus et aliis bonis mobilibus et immobilibus spoliarunt et deprauiarunt usque ad valorem mille quingentorum florenorum auri et ipsos Monasterium Abbatem et Conventum et hodie detinent spoliatos nulliter et de facto inique et injuste nullam jurisdictionem sive causam rationabilem in eosdem Monasterium et Conventum habentes contra Deum ac justitiam ac dominium et libertatem ac subjectionem Monasterii Abbatiae et Conventus praedictorum in animarum suarum periculum dictorumque Abbatis Monasterii et Conuentus atque Dominio libertate et consuetudine praedictis praejudicium non modicum damnum et grauamen et sic fuit et est verum publicum et notorium Item quod de praemissis omnibus et singulis fuit et est publica vox et forma. Quare petit dictus Procurator nomine quo supra per Vos venerabilem et circumspectum virum dominum Auditorem praefatum, vestramque definitivam sententiam pronuntiari decerni et declarari, spoliationem deprae-dationem praedictas fuisse et esse temerarias illicitas iniquas et injustas ac temeraria illicita iniqua et injusta ac de facto praesumptas et praesumpta dictosque Abbatem et Conuentum et eorum Monasterium ad

dictas villas atque bona et ad possesionem omnium et singulorum praemissorum restituendos fore et per vos restitui et reintegrari in et ad statum in quo seu quibus fuerunt ante tempus et tempore hujusmodi spoliationum et depraedationum bonorum rerum et villarum praedictarum et praefatos Albertum Nicolaum Jonkonem Joannem et Bethnam relictam quondam Juonis a dictis villis et qualibet earundem et earum occupationem et detentionem a juris praemissis amovendos fore et amoveri et super hujusmodi villis et qualibet earundem et juris praemissis spoliationem et occupationem etiam equorum bobum pecudum pecorum et aliorum bonorum mobilium perpetuum silentium imponendum fore et per vos imponi et praefatos Albertum Nicolaum Jonkonem Joannem Petrum et Bethnam in fructibus redditibus et proventis sensibus pensionibus obventionibus et emolumentis ac pecudibus pecoribus equis bobus et aliis bonis mobilibus subditis et Kmethonibus perceptis a tempore spoliationis hujusmodi videlicet de anno Domini Millesimo trecentesimo Septuagesimo ipsosque Albertum Nicolaum Jonkonem Joannem et Bethnam relictam quondam Juonis praefatos ad restituendos dictos pecudes pecora equos boves et alia bona mobilia et immobilia subditis et Kmethonibus a tempore dictae spoliationis citra perceptos et receptos si extant et consumpta non

fuerunt; alioquin pro eorum valore aestimationem suprascriptam Vestra benigna moderatione taxandam condemnandam fore et condemnari reos condemnatosque viis juris et remediis opportunis compellandos fore ad satisfaciendum dandum et solvendum valorem suprascriptum et alias inde et super praemissis sibi fieri justitiae complementum et praedicta dicit et petit conjunctim et divisim ac omni jure modo via causa et forma quibus melius et efficatius potest et debet cum fructibus perceptis et qui percipi potuerunt damnis et expensis et interesse et de fructibus percipiendis et expendis fiendis protestatur Vestrum officium benignum humiliter implorando salvo jure ut et protestatur etc. Oblato itaque hujusmodi libello ipse dominus Nicolaus Auditor praefatos citatos non comparentes ut praefertur neque termino ipso satisfacientes reputavit quoad actum hujusmodi exigente justitia contumaces et in ipsorum contumatiam praedictos citatos ad praelibati Magistri Joannis Gelmen Procuratoris quo supra nomine instantiam ad respondendum praedicto libello litemque super eodem contestandam et contestari videndam ac jurandam et deliberandam ac jurandum et deliberandum jurarique et deliberari videndum de calumnia vitanda et veritate dicenda cum omnibus et singulis capitulis in et sub calumniae juramento concernentibus tam super ipso libello quam tota causa hujusmodi primo simpliciter secundo sub

excommunicationis poena et deinde tertio ad idem vel di-
cendum et causam si quam habent rationabiliter allegandam
quare excommunicari non debent ac quarto ea super abun-
danti ad idem et ad omnem eorum malitiam convincendam
per audientiam publicam litterarum contradictarum Do-
mini nostri Papae praedictam peremptorie citari man-
davit et fecit ad certos peremptorios successivos termi-
nos competenter cum dierum competentium intervallis
dicti libelli copiam si interim illam habere voluissent
ipsis nihilominus fieri decernendam. In quorum quo-
libet terminorum termino comparens in judicio coram
ipso Domino Nicolao Auditore Magister Joannes Gelmen
Procurator praedictis procuratorio nomine quo supra et
hujusmodi citationis cedulas ab Auditorio ipsius Domini
Nicolai Auditoris ut praemittitur successive emanatas et
de ipsius voluntate et mandato in audientia publica lit-
terarum contradictarum dicti Domini nostri Papae lectas
signatas sigillatas et alias more solito debite executas
ibidem exhibuit et repraesentavit citatorumque praedic-
torum in eisdem citationis cedulis contentorum non compa-
rentium neque dicto libello respondere seu litem super
eodem contestare aut dictum calumniae juramentum pres-
tare seu praestari videre neque causam aliquam quare
excommunicari non deberent allegare juramentum contumaciam

accusavit ipsosque contumaces reputari. Et in eorum con-
tumaciam in ultimo dictorum terminorum termino supra-
dictos Albertum Nicolaum Lztan Gonthonem Joannem
Petrum et Bethnam relictam quondam Nicolis eaad-
verso principales propter ipsorum multiplicem contuma-
ciam per ipsum D. Nicolaum Auditorem inscriptis
excommunicari et excommunicatos publice denuntiari man-
dari cum instantia debita postulavit Idem tunc
D. Nicolaus Auditor dictos citatos non comparentes
nec dictis terminis vel alicui eorum satisfacere in
aliquo curantes in singulis ipsorum terminorum ter-
minis reputavit quoad actus et terminos hujusmodi
contumaces. Ac subsequenter idem D. Nicolaus Audi-
tor de licentia Domini nostri Papae praedicti a Ro-
mana Curia se absentavit propter cujus absentiam
Idem Dominus noster Papa causam et causas hujus-
modi in eo statu quo remanserant nobis Joanni epis-
copo et Auditori memorato commisit commisit resu-
mendas et ulterius audiendas decidendas et fine debi-
to terminandas cum omnibus et singulis suis emergen-
tiis incidentiis dependentiis et connexis cum notes-
tate omnia alia et singula facienda quae ipsemet D.
Nicolaus Auditor faceret et facere posset si praesens
esset hujusmodi siquidem commissionis vigore causa
et causae hujusmodi per nos debite resumptae demum

nos dictos citatos ad dicti Magistri Joannis Gelmen
Procuratoris instantiam ad videndum se inscriptis ex-
communicari et excommunicatum publice denuntiari
mandari vel dicendum et causam si quam habeant ra-
tionabilem allegandam quare excommunicari non debe-
ant; quinto etiam ex superabundanti ad idem et ad
omnem eorum malitiam convincendam ner audienciam
publicam literarum contradictarum praedictam per-
emptorie citari mandavimus et fecimus ad certum per-
emptorium terminum competentem. In quo comparuit
in judicio coram nobis Magister Joannes Gelmen
Procurator praedictus quo supra procuratorio nomi-
ne et citationem praedictam in audientia praedicta
positam atque lectam signatam et sigillatam ac alias
debite executam repraesentavit, citatorumque in ea
contentorum non comparentium neque se excommunicari
et excommunicatos publice denuntiari neque causam
aliquam quare excommunicari debeant allegare curan-
tes contumatiam accusavit ipsosque contumaces repu-
tari et in eorum contumaciam supradictos citatos
propter ipsorum multiplicem contumaciam per nos
in scriptis excommunicari et excommunicatos publice
denuntiari et denuntiari mandari cum instantia debita
postulavit. Nos tunc Joannes Episcopus et Auditor

superius dictos citatos non comparentes nec dicto termi=
no in aliquo satisfacere curantes reputavimus quoad
actum et terminum hujusmodi contumaces, et in ipsorum
contumaciam in ultimo supradictorum terminorum ter=
mino ad dicti Magistri Joannis Jelmen Procuratoris
quo supra procuratorio nomine instantiam eosdem Al=
bertum Judicem Nicolaum Sztan Subjudicem terrae
et districtus cracoviensis ac Bethnam praedictam
quondam Nicolai militis de Rubria nec non Petrum
Biel nobiles et armigeros cracovienses dioecesis prin=
cipales propter ipsorum multiplicem contumaciam
in scriptis excommunicandos duximus et excommuni=
camus ac tenore praesentium excommunicamus litte=
ras opportunas contra eosdem decernentes. Quae omnia
et singula supradicta vobis omnibus et singulis supra=
dictis et vestrum cuilibet quibus praesentes litterae
nostrae seu processus dirigentur tenore praesentium
intimamus insinuamus et notificamus ac ad vestram
et cujuslibet vestrorum notitiam deducimus et adduci volu=
mus per praesentes Vobisque nihilominus et Vestrorum
cuilibet insolidum ita tamen quod alter Vestrorum
alium in his exequendis non expectet nec unus per alium
se excuset conjunctim et divisim authoritate apostoli=
ca supradicta in virtute S. obedientiae et sub excommuni=
Nos Wenceslaus, Przemko et Janussius Dei gratia Duces Oswancimenses etc. recognoscimus tenore praesentium et fatemur universis: quomodo volentes gravia damporum incommoda, sanguinisque Christiani profluxa evitare et pacem inigiter affirmare; cum non nisi in pace bene colitur pacis auctor: de nostrorum consiliariorum ac tertigenarum consilio, ac de certa fiducia nostra sufferentias seu potius pacis treugas inter serenissimum Principem et dominum dominum Wladislaum Poloniae Regem etc. dominum nostrum gratiosissimum, Coronamque suam, subditos et adhaerentes suos ex una, ac inter nos Duces praedictos, Ducatum nostrum, subditos et adhae-

rentes [illegible] nostros
parte ex altera inivimus ac fecimus, tenoreque
praesentium firmavimus et firmamus a festo videlicet
Sancti Michaelis Archangeli proxime lapso, usque
ad aliud festum Sancti Michaelis immediate subse-
quens sub firmo robore et conditionibus infrascrip-
tis permensuras taliter videlicet, quod durantibus
praemissis sufferentiis, nos cum castris, civi-
tatibus, fortaliciis, subditis ac vasallis nostris
universis nunquam esse debemus contra dominum
Wladislaum Regem, Coronamque suam, subditos ac
adhaerentes suos quoscunque, nec alicui Regi, Prin-
cipi seu cuique personae quacunque dignitate prae-
fulgenti aliqua dabimus subsidia, auxilia, consilia
vel favores contra praefatum dominum Wladislaum
Regem et suam Coronam Regni Poloniae per se vel
per alium directe vel indirecte, publice vel occul-
te sub fide et honore nostris ducalibus omnino
et quotiens expedierit praefati domini Wladislai
Regis, subditorumque et adhaerentium suorum tu-
tores quoscunque per territoria et dominia nobis
subiecta, quocunque euntes et redeuntes, plena securi-
tate nostra et nostrorum affidabimus, eisque transi-
tum securum et liberum undique per eadem dominia

nostra disponemus et disponi faciemus. Porro si interim durantibus praedictis sufferentiis unus aut duo quicumque Sleziae Duces inclyto Principi domino Kazimiro Regi Bohemiae electo Duci domini Regis Wladislai germano, quomodocunque adhaerebunt: nos etiam promittimus dicto domino Regi Wladislao, quod cum castris, civitatibus, fortalitiis et subditis nostris universis similiter dicto domino Kazimiro Regi Bohemiae electo adhaerebimus et stringemur fidelitatis parere omagia et singula suprascripta implere et facere fideliter et christianice, nullis aliis exquisitis coloribus absque dolo et fraude ac sub obligatione nostrorum fidei et honoris, nec non sub amissione perpetua oppidi nostri Zator et bonorum sibi subiectorum et quomodolibet ad illud spectantium. In casu vero quo praemissa aut aliquod praemissorum praefato domino Regi Poloniae Wladislao et suae Coronae non impleverimus, aut quod absit servare renuerimus: extunc praefatus dominus Rex Wladislaus et sua Corona proinde nos infamare, dehonestare in turpiis afficere bonaque nostra

et nostrorum ac Ducatum nostrum destruere, de-
populari et vastare, prout voluerit, poterit, et al-
ter quilibet, qui praesentes nostras literas obtine-
bit, nosque pro eo quidpiam contradicere aut quo-
modolibet impugnare, seu quascunque facere ques-
tiones non debebimus, donec singula praemissa
in emendam debitam reducemus iuxta suae sere-
nitatis voluntatem. Nos autem Adam de Pluvni-
za, Regotha de Dalne capitaneus in Toschec, Mi-
kil Czechowski, Bonurkil de Woyska, Nicolaus
de Schalscha, Zuzman de Odwalin, Ancosch de
Walczerzowicz, Jan Mnyschek de Syroty, Hinza
de Wielawies, Nicolaus Smoliczky et Johannes
Porambsky terrigenae et consiliarii Ducatus Cra-
zimensis praedicti, promittimus praesentibus, pu-
blicemus et spondemus pro suprascriptis dominis
nostris Ducibus et pro nobismet ipsis, quod singu-
la praemissa, prout se praefato domino Regi et
suae Coronae eadem servare obligarunt, haec ipsa
custodient et attendent et attendentes observa-
bunt, nosque cum eisdem custodiemus et inviolabi-
liter servabimus, ipsosque dominos nostros Duces
praemissos ad observanda omnia suprascripta induce-

mus, ab hacque facebimus, sub fide et honore nostrorum. Sin autem haec non fecerimus aut quovis modo facere neglexerimus, extunc praefatus dominus Rex et sua Corona poterit licite nos et quemlibet nostrum captivare, detinere, bonaque nostra, sicut praemissum est, destruere et vastare. In quorum omnium fidem et testimonium praemissorum sigilla nostra et terrigenarum praedictorum sunt praesentibus appensa. Datum in Thorschek feria quinta ante Francisci confessoris, Anno Domini Millesimo Quadringentesimo tricesimo octavo.

(Oryginał pergaminowy z 12 woskowemi pieczęciami, wiszącemi na zawiaskach pergaminowych, był w Archiwum Koronnem. — Kopia sporządzona d. 28 Lipca 1785, w Tekach Naruszewicza, Tom XVI, Nr. 85.)

(Treść w Inventarium Cracov. pag. 33 — i w Grünhagen II. pag. 582 Nº 10) Oryg

Przemislaw Herzog zu Oswanczin macht bekannt, dass vor ihm Frau Anna Dronskynne, Tochter des verstorb. Marczischen von Schreiberdorf, ihr väterlich und mütterlich Erbtheil auf dem Dorf Schreiberdorf im Tostischen Gebiet und Weichbild (Pisarzowitz, Kreis Tost Gleiwitz) dem woltuchtigen Janen Plozken verreicht hat. – Zeugen: Adam Kyczka von Plausnicz, Nickel von Chiechowicz, Crziske von Sementicz, Zegoth von Slupsko, Bozenikel von Woiska, Wernke von Weischnicz, Mikolay Sliss von Grossendorfe, Gersch Glabinsky und Vincencius Falkenberg der Hofschreiber.

Zum Toste 1440 am Osterabende (26 März)

Registrum S. Wenceslai. Nr 108. fol. 143b.

p. 63. No 204 Codex diplomaticus Silesiae. VI Band. Registrum St. Wenceslai, Urkunden vorzüglich zur Geschichte Oberschlesiens, nach einem Copialbuch Herzog Johanns von Oppeln und Ratibor in Auszügen mitgetheilt von W. Wattenbach und C. Grünhagen. Breslau 1865. 4to

Wladislaus Böhmischer König, Brandeburgischer Markgraf und Oberster Fürst in Lausitz und Schlesien bekennt, dass die Fürsten Wenzlaw, Przemeslaw und Hannus Herzoge und Fürsten zu Auszwinczen „vnozer lieben ehmen" geklagt haben, dass sie vom Polnischen Reiche vielen Schaden litten und dass man ihnen Städte und Land genomen hatte, und baten um Hülfe. Er erbaubt daher weil er ihnen nicht zu Hülfe kommen kann, sich wenn das ihnen nothwendig schiene dem Polnischen Königreiche zu unterwerfen. Gegeben zu Prag am Dienstag vor S. Michael 1440.

Pragae, Anno 1440 die 27 Septembris.

(Oryginał pisany po niemiecku na pergaminie, pieczęć oderwana – w Zbiorach Księcia Władysława Czartoryskiego w Krakowie – druk w Grünhagen II pag. 582 Nº ii. – Który sądzi że dokument fałszywy.)

Wladislaus III rex Poloniae castrum Zator per Derslaum de Rytwiany captum ducibus Oswiecimensibus restituit ea conditione, ut ipsi castrum Berwald Nicolao Seraphino zuppario Cracoviensi emendum permittant, quod tanquam regni Poloniae subditus teneat, cui rex ad conservationem castri quinque bancos salis minuti et quinque tunas salis minuti rumuli singulis anni quatuor partibus perpetuo donat. Datum Budae, feria quarta ante festum SS. Simonis et Judae Apostolorum, A. 1440.

Budae, Anno 1440, die 26mensis Octobris.

(Treść powyższa w Inventarium Cracov. – i w Grünhagen. II pag. 584 No. 12.)

1470 d. 28 Decembris.

Wenceslaus dux Oswiecimensis nicolas villarum Lanczany, Lowanzowice, Zorzow, Radzeschow et Wola inter Skawinam et Zator, monasterii Sinecensis ab exactionibus liberat. — Cracoviae fer. 4ª ipso die SS. Innocentium.

Regestum: Kodex Tyniec pag. 304. Nr 186. — Invent. 63.

Wacław Książe Oświęcimski po odzyskaniu Zatora pozwala Mikołajowi Serafinowi kupić zamek Barwald z wsiami Stronie, Lesnica i lasem Ochōza oraz takowe podług polskiego prawa posiadać. Obiecuje także Książe Krolowi polskiemu, iż znieśie wszelkie obwarowania Zatora i takowych nie poprawi, inaczej Król będzie miał prawo zająć miasto. Cracoviae in die Sanitorum Innocentium A. D. 1440.

Cracoviae, Anno 1445, die 28 mensis Decembris

Treść w Kromera Inventarium (Mspt.)
— oraz w Grünhagen II. pag. 584
Nr. 13.

Władysław III król polski i węgierski wszelkie krolew-
skie prawa co do zam[illegible] Barwald i wsi Stronie, Lesnica,
Jaroszowice, Zatrzow i Barwald, które Mikołaj Sera-
fin przy powróceniu Zatora wyskał od Księcia Wac-
lewa, przenosi na tegoż Serafina. Strigonii A. D. 1441.

Treść w Kromera Inventarium (Mspt) –
i w Grünhagen II. pag. 587 № 16.

Venceslaus Dux Oswiecimensis pro restituto sibi oppido Zator, promittit se cum omnibus incolis Ducatus sui homagium Vladislao Regi Poloniae praestiturum.

In Zator, Anno 1441, die 8 mensis Januarii.

Nos Wenceslaus Dei gratia Dux et Dominus Oswancimiensis etc. significamus tenore praesentium universis: quod promittimus et sub nostris fide et honore pollicemur, quia occasione gratiosae restitutionis oppidi nostri Zator et bonorum ad ipsum pertinentium, per Serenissimum Principem et Dominum, dominum Wladislaum Dei gratia Hungariae, Poloniae, Dalmatiae, Croatiae etc. Regem, nec non Supremum Principem Lithuaniae, dominum et haeredem Russiae, dominum nostrum gratiosum nobis factae cum effectu: quod oppidum de nostro et nostrorum consiliariorum consensu dominus Rex pro pecuniis suis propriis cum impensis et dampnis exinde subsecutis ingentibus, de

manibus nonnullorum nostrorum aemulorum, qui aemulentur ipsum manu violenti receperant, li-
beravit et per modum fori emit, cernens ipsius Maiestas per talem ablationem dicti oppidi nostri detrimentum Regno et nostro Ducatui Oswiancziensi praegnantis imminere, ac proventus in Zupis et nostro praemisso Ducatu diminui, a die avisationis nostrae per Dominum Regem factae, in-
fra quatuor ebdomadas Cracoviam venientes una cum nostris militia, nobilitate et incolis Oswian-
cziensibus omagium fidelitatis et servitutis domino Regi et eius Coronae Poloniae, dum feliciter ad Regnum suum Poloniae remeaverit, viceversa facere debemus irrecuse aeviternum. Proque fratri-
bus nostris germanis inclitis Principibus Premis-
lao et Johanne aut altero eorum, qui sortem Du-
catus Oswancziensis nobiscum acceptaverit, ae-
quaminiter sub eisdem nostris fide et honore pro-
mittimus et fideiubemus quod dumcunque per-
venerint ad aetatem Christo duce provectam, eatunc omagium fidelitatis et servitutis sempiternum domi-
no Regi facere debebunt, aut alter eorum, ut praemis-
sum est, qui sortem dicti Oswancziensis Ducatus habuerit et tenuerit impetracte. Sin autem, quod absit,

praefatum omagium peremptorie, ut praescripsimus, facere voluerimus, aut quoquomodo negligentes comperti fuerimus, similiter et fratres nostri, ut est praemissum, extunc dominus Rex et eius Corona Poloniae praedictum oppidum nostrum Zator cum dominiis, omagiis, subditis et incolis villarum et possessionum ad ipsum quomodolibet spectantium, recipiendi et tenendi habebunt facultatem viceversa titulo perpetuae et irrevocabilis receptionis, ad quod se benivole submittimus, intuitu cuius per nos, nostros fratres, amicos aut servitores coram quibusvis personis utriusque status spiritualis et saecularis tam magnis quam parvis conqueri, loqui, resistere aut contradicere nunquam debebimus. Sin autem querimonias aliquas fecerimus, resisteremus aut conquereremur, extunc quidquid faceremus, loqueremur, conquereremur, illud in et adversus nostram fidem et honorem faceremus, quicunque autem in hac parte nobis fuerit coadiutor aut auxiliator, ille faceret contra nostram dispositionem ac contra suam fidem et honorem; praefatus autem dominus Rex et eius Corona Poloniae nos, nostros fratres, ut praedictum est, una cum nostris terrigenis et subditis Oswancimiensibus praedictis singulis, circa nostra et ipsorum iura, libertates et privilegia inconcusse servare debebunt

aeviterne et suis literis confirmare. In cuius rei testimonium sigillum nostrum praesentibus est subappensum. Actum et datum in Zathor, dominica proxima post Epifaniae Domini, sub Anno ~~Domini~~ eiusdem Millesimo Quadringentesimo quadragesimo primo. Datum per manus generosi Nicolai de Mischkowicze Ducatus Oswancimiensis Cancellarii.

(Oryginał pergaminowy z pieczęcią wiszącą na sznurku jedwabnym plecionym koloru jasnozielonego papuzego, był r. 1785 d. 26 Lipca w Archiwum Koronnem. — Kopia w Tekach Naruszewicza, Tom XVII, Nr. 72.)

(Oryginał pergaminowy z pieczęcią oderwaną w Zbiorach Władysława Księcia Czartoryskiego w Krakowie — druk. w Grünhagen II. pag. 584 No 14)
Treść w Inventarium Cracov. pag. 229.

Władysław III Król polski i węgierski potwierdza
Mikołajowi Serafinowi posiadłości zamku Barwald
i przenosi na niego wszelkie prawa Krolowi przez
Książęta Oświecimskie odstąpione. – Budae die do-
minico post Octavam Corporis Christi A. D. 1442.

Budae, Anno 1442, die 15 mensis [illegible].

Treść w Kromera Inventarium (Mspt)
– i w Grünhagen II. pag. 588 Nº 17.

Wenceslaus dux Oświecimensis confirmat litteras
super molendinum Przybiszewyski. Anno 1443.

Treść w Inventarium Cracov. pag. 229.

Nicolaus Dux Oppavienois cum aliis Consiliariis, Ducatum Oswiecimensem inter tres fratres: Wenceslaum, Przemislaum et Joannem Duces dividit.

In Oswiecim Anno 1445 die 19 Januarii.

Wir Niclas von gotes gnadhen herczug zu Troppaw, zu Ratibor etc. und wir hernachgeschrebene Schambor von Blotnitcz, Adam Kiczka von Plawnitcz, Nicolasch von Rawden, Crzistke von Sementicz, Michel von Laskowa, Nicolay Slupsky von Cletcze, Nicolay von Poramba, Nicolay von Gieraltowitcz und Zema von Grodzietcz bekennen und tun kunth uffintlichen mit diesem brive vorallen und itczlichen die en sehen ader horen lezen. Also als denne die hochgeboren fursten herczug Wenczlaw, herczug Przemko und herczug Johannes gebrudere czu Oswanczim etc. unser lieben oheimen und gnedigen lieben herren an uns als an ire rechte und irwelte vormunthe umb ire vaterliche erbe und landhe angeborne mechtiglichen komen seint und uns irkoren irwelt und mit gantczem fleisse gebethen haben, das wir sie umb ire vorgeschrebene landhe und vaterlich erbe scheiden entrichten und teilen sulden, so haben wir eyn sulchis an uns mechtiglichen genomen und haben uns dorynne mit allem fleisse gemuchet, goet den herrin vor unsrin owgen habende und die gerechtikeit vollkomlichen liebende, und haben die vorgenanten fursten unser lieben ohimen und gnedige lieben herren und ihre landhe nach gantczer unser vernunft und

wissen als uns dawchte noch gleich und billichkeit in drey teil und gebitte Oswanczim Tost und Zathor gescheiden und geteilet und in craft und macht dieses privesordenlichen scheiden und teilen bedewtlichen: Zum ersten also der furste, dem Oswanczim zu teile geboren und komen wirth, haben wir funden, das her auch Čanthi haben zal mit allen czinsen renthen genussen czollen und zufellen und mit dem gantczen teiche under dem hawse gelegen, den zal her mit seinem gelde vobbrengen zu seyme teile, und den grossen teich mit dem kleinen wolteiche dorunder gelegen die helfte mit dem gantzen carpenteiche zu dem Oswanczimschen gebite gehoren und uf den selben czweyen teichen nicht zu fischen nicht ingreifen an des anderen teiles willen, das in das Zatorische gebitte gehoret. Ouch zal ken Oswanczim gehoren das pletne von dem grunde Sucha henabe ken Oswanczim, und das pletne henuff ken Zeywesch mit allen anderen pletne zal ken Oswanczim gehoren und zal nyndert genomen werden und gefallen als ken Oswanczim, und der furste zum Toste zal dortzu keines nichten haben. Ouch zal zu Oswanczim gehoren das forwerg vor der genanten stadt gelegen und ouch das forwerg zu Lanke mit der mole doselbist und die mole vor Owswiczym,

was doran den fursten angehoret. Ouch zu dem Oswanczi=
mischen gebitte sullen gehoren ouch die gutte nemlichen
Belany, Lanky und Monowitcze mit allen iren czinsen
renthen und genissen und die halben wezen in den Sedlis=
ken gelegen mit dem halben Kossenwalde, und dem fursten
und seinen undirsesen zu den hofen in der Monowiczer
walde zu gebewde frey zu haben dem teile das in das
Satorische gebitte gehoret, und sunderlichen die obersten
rechte in demselben genanten gebitte, die dorczu gehoret
haben, die sullen auch noch dorczu gehoren mit allen
den mannen, die in dem genanten gebitte gesessen seint,
und oberste rechte, die in dem genanten gebitte versatczt
seint, die sal der herre abelozen, der Oswanczim haben
wirth. Und sunderlichen der Oswanczimissche herre zal
abelozen zu seinem teile Osscheky Lypniky Brzesczie
und Babicze mit iren teichen molen forwerken und zu=
gehorungen. Auch sal der herre zu Oswanczimisscher
gebitte haben das fliswasser Sola genant, anczuheben
von der Stadh Canthy des abeflissens bis in die Weysel
also ferre, als vor alders zu dem gebitte gehort hat, mit
allen zehen die in demselben gelegen seint ken Oswanczym.
Und die grenitcz des genanten gebittis sal anheben zu Roczin
bis ken Bulowitcz und ken Neydecke, denen vorbas ken
Glambowitcz her zu newen Flosnitcz bis an die Windissche

Flosnitcz und an Monowiczer oberste greniticz, sunderlichen ausgenomen die stucke der guttere, die in dem brive des Satorischen gebitthis geschrebin seynt, mit namen Dwori, das forstliche teil mit den forwerken gertenern und mit den halben wezen, die nedenwendig den hofen in den sedlischen gelegen, und die zwey guttere Cobirnitky und Poramka und das fliswasser Sola anczuheben an der obersten Libenwerder greniticz uf die bratmole, die ken Oswanczym gehoren sal, und denne vorbas uswert uf die wezen Skabcze, die in das Zatorische gebitte gehoren, bis an das flosten Sucha und das gebirge anczuheben an der Cobernikker greniticz uswert bis zu dem grunde Sucha, gerichte abir uswert bis zu dem grunde Sucha, gerichte abir uswert bis zu Niclasdorf und vorbas das gebirge bis obenwenig Lipnig und dwe Kozie das sal ken Oswanczim gehoren: und das ander teil des gebirgis hie diesehalbe des Soles kegen Zator werth gelegen sal in das Zatorische gebitte gehoren. Ouch sunderlichen haben wir funden, das die fursten beider gebitte Oswanczim und Zator die muntcze beide mit enander mit gleichem teile und anlage haben sullen, und die muntcze sal geslagen werden mit beider herren gutten willen und wissen in der [illegible] hewptstad zu Oswanczim und nicht anderswo.

Ouch sullen iglich gebitte der teilunge eigen recht haben;
es enwere denne, das sich die herren selbir dorumbe geeynen
mochten, das die gebitte der teylunge zu eynem rechte gehoren
sulden, nemlichen Oswanczimischer und Zatorscher gebitte, sun-
der Zeywescher gebitte, das zal ken Oswanczim mit dem rechte
gehoren. Ouch sullen die fursten und herren beider teile gebitte
Oswanczimischer und Zatorscher die drey kelche des conventis
zu Oswanczim, dhi sie vorsatczt haben, wedir lozen, und die neun
marg zilbers, [redacted] die sie in die muntcze genomen haben,
die machen zeben und czwenczig marg, die sullen die herren
gleich mitenander ane czoge dem genanten convent beczalen,
das is also yemmerlichen nicht undirginge. Ouch haben wir
funden, das die fursten beider gebitte die manne und stete
bynen allen iren rechten briven freyheiten und gewonheiten
behalden sullen, als von alders gewest ist, und sunderlichen
zu wissen den reynen und grenitczen zu den hofen haben
wir dirkanth und funden also: das der nedirste reynen
des foytes undirsesen, den do Czepiel itczunden inneheldt,
bas von denselben reynen benabe ken dem Satorischen
gebitte mit den halben wezen und mit dem halben Kossenwalde
in den sedlisken gelegen, das sal zu dem Satorischen gebit-
te gehoren, unschedlichen der Monowiczer grenitcz, und [was]
herufwerth bis ken Oswanczim von dem genanten nedirsten
reynen der foytey gelegin ist mit den halben benanten wezen

in den Sedlitken, mit dem halben Kossenwalde in das Oswanczimische gebitte gehoren sal, als vorgeschreben ist. Sunderlichen haben wir obgenante Korlewthe und manne der benanten teilunge betracht funden und gemacht: Op das die czwene fursten, den Oswanczim und Tost zu teile geboren werde, sullen mit fleisse sich muhen uf gleiche czerunge und anloge, wie sie zu irem erbegutte Gleywitcz der stadt mit irer zugehorunge genissen und zugefelle komen mochten, und so das goet geschikte, und das sie Gleywitcz wedir an sich brechten, so sullen sie is gleich mit enander teilen, und der furste, dem Sator zu teile gehoret, sal kein teil zu Gleywitcz nichten haben, sunder der Satorische furste sal ouch trachten, wie er Berwalt mit seiner zugehorunge an sich wedir brengen mochte. Und so der furste des Satorischen gebittis Berwalt an sich wedir brechte, der sal en mit allir seiner zugehorunge zu einem rechten erbegutte behalden, dorynne en seine brudere, den Oswanczim und Tost geboren wird, in keiner weyze hindern sullen. Ouch op keinerley brive geltschult adir gefangen weren, die sullen gleich in drey teile undir die fursten geteilt werden, ausgenomen brive, die die grenitczen beruren, die sullen zu getrawer handt gelegit werden, wie die manne allir teilunge dirkennen, und so der irkeiner furste zu seinem rechte bedorfen wurde, dem sal man die in seine gewalt und macht geben also lange bis her seine gerechtikeit vorfurte durch

recht adir durch zu nunge, und dornoch die wedir zu getra-
wer handt nedirlegin. Ouch ist dorynne beredt, das der fur-
ste, dem das Satorische gebitte zu teilunge geborte, drey iar
uf Oswanczim wonen sal, und sal halden fire holomken
und czwene wechter und der Kochen und Kaler die helfte ge-
brauchen und stallunge uf czwenczig pherde, und sein hofge-
sinde, das her haben und halden wirth, das sal ouch wa-
chen, wenne und wie ufte das an sie kompt; dach sal her
eygene czerunge leisten. Und der furste, dem Oswanczim
zu teile geboret, sal dem Satorischen fursten hundert und
fierczig marg Polnischer czal zu hulfe zu dem bawen ge-
ben und das gelt in czweyen iaren ausrichten, nemlichen
von der nehesten zukunftigen fastnacht obir eyn iar die
helfte und die andir helfte abir dornoch obir eyn iar, und
dorezu von den gebitten Oswanczym und Zeywesch von allen
inwonern czwene tage robot. Und der furste, dem Tost
zu teile geboret, sal ouch dem Satorischen fursten sechs-
czig marg zu hilfe zu dem bawen geben uf die genante
tage, als der Oswanczimische furste. Ouch ist beredt, das
alle hantwerg von bochsen cleynen und grosen, pulver
und ander gewere gleich in drey teile geteilt sullen werden,
und das gelt, das die fursten dem Satorischen herren zu hulfe
geben sullen, sullen sie im vorburgen mit iren steten adir
mit wene sie werden mogen.

Gegeben zu Oswanczim am dinstage vor Agnetis noch Cristi geburth tawsendh fierhundert iar und im fumfften und fierczigisten iare undir unseren anhangenden ingesigiln.

(Oryginał na pergaminie w Zbiorach Władysława Księcia Czartoryskiego w Krakowie, miał pierwotnie 10 pieczęci na taśmach pergaminowych zawieszonych, z których tylko pierwsza ocalała woskowa czerwona, okrągła mająca tarczę herbową na cztery pola podzieloną. W pierwszém polu górnem i czwartem dolnem widać pole linią podłużną na dwie połowy przedzielone; w drugiem górnem i trzeciem dolnem jest orzeł szląski. Napis do koła: + sigillvm + nicolai + dvcis + oppavie + et + ratiborie. — Druk. w Grünhagen und Markgraf: Lehns- und Besitzurkunden Schlesiens und seiner einzelnen Fürstenthümer. Berlin 1883. IIer Theil, pag. 588, Nr. 18.)

Nicolaus Dux Oppaviensis cum aliis consiliariis Ducatum Osviecimensem inter tres fratres Venceslaum, Przemislaum et Joannem Duces dividit.

In Osviecim, Anno 1445 die 19 Januarii.

Nos Nicolaus Dei gratia Dux Oppaviae, Rathiboriae etc. et nos infrascripti Schambor de Blotnicz, Adam Kyczka de Planownica, Mikolass de Rawden, Crystek de Semetycz, Michael de Laskowa, Nicolai Slupski de Cletize, Nicolai de Poramba, Nicolai de Gieraltowicz, et Cema de Grodzecz, significamus et attestamur praesentibus literis universis et singulis easdem visuris et audituris: Quia quemadmodum illustres Principes, Dux Wenceslaus, Dux Przemko et Dux Johannes fratres Duces, Duces in Oswiacim etc. avunculi nostri charissimi et domini gratiosi, a nobis tanquam eorum iustis et electis arbitris pro ipsorum ~~paternis~~ paternis haereditatibus et dominiis propriis plenarie in id constitutis studiose expostularunt, petentes, quod eosdem in ipsorum suprascriptis dominiis paternis haereditatibus diordinare et dividere deberemus: extunc nos id

plenarie acceptantes diligenter et cum omni cura insu-
dantes, Deum solum coram oculis habendo et solam
iustitiam, plenarie; diligenter eosdem suprascriptos
Duces, avunculos nostros charissimos et dominos gra-
tiosos, eorumque dominia pro integra cognitione ratio-
nis nostrae et scientia, prout nobis videbatur ae-
quum et iustum, in tres sortes, hoc est districtus,
Oswiacimen Tost et Zator, divisimus et diordina-
vimus, vigoreque praesentium literarum ordinarie dis-
cindimus et dividimus per praesentes. In primis tali-
ter: Quod Dux, cui Oswiecim ad sortem cesserit, in-
venimus, quod idem etiam Canthy habere debet cum
omnibus censibus, proventibus, usufructibus, theloneis
et accidentiis. ac piscina integra sub domo sita, quam
ipse suis pecuniis consummare debet ad sortem suam
et piscinae magnae cum parva molendini piscina iux-
ta eandem sita, medietatem cum integra carponum
piscina ad districtum Oswiecimensem spectante, et
in eisdem duabus piscinis non piscari, nec se intro-
mittere absque alterius partis consensu, quae ad Zato-
riensem districtum pertinet. Etiam ad Oswiacim
pertinere debet Pletne ex fundo Sucha versus Oswia-
cim, et etiam Pletne superius versus Ceywestz, cum
omnibus aliis Pletne debet ad Oswiacim pertinere, nec
alibi accipi debebit aut exigi, duntaxat in Oswiacim,

et Princeps in Tost nil ad id habere debet iuris.
Etiam ad Oswiacim pertinere debet praedium Zoris
dictam civitatem situm, nec non praedium in Lanki
cum molendino inibi sito, et molendinum in Oswiacim
cum omni eo quod Principis esset aut ad eum pertine-
ret. Etiam ad Oswiacimensem districtum pertinere de-
bent bona, videlicet Belany, Lanki et Nowowicze
(Monowicze) cum omnibus eorum censibus, proventibus
et usufructibus et medietas pratorum in Siedliski
sitorum, cum medietate sylvae Koosenwalde, et Prin-
ceps cum suis subditis pro curiis in sylva Monovicen-
si libertatem habebit convellendi ad aedificia, et haec
quae ad Zatoriensem pertinent districtum, speciali-
ter iura superiora in districtu supra nominato, quae
inibi pertinebant, adhuc pertinere debent cum omnibus
in dicto districtu possessionatis, etiam iura superio-
ra in eodem districtu impignorata, is dominus eai-
mere debet, qui Oswiacim obtinebit, et specialiter
Oswiacimensis dominus debet redimere ad sortem
suam Oriecki, Lipniki, Brzeszcie et Babicze cum eorum
piscinis, molendinis, praediis et pertinentiis, etiam
dominus Oswiacimensis ad districtum suum habere
debet fluvium aquae Sola dictum incipiendo a civi-
tate Kanty per defluxum usque in Vislam taliter
quemadmodum antiquitus ad ipsum districtum pertinebat,

cum omnibus decimis, quae eidem districtui subiacent ad Oswiaczym, et granicies dicti districtus inchoari debet in Roczyn usque ad Bulowicz et ad Neydek, tandemque ulterius a Glambowicz in [redacted] Neoflosnicz usque ad Sclavonicam Vlosnicz et ad supremam granicem Monovicensem, quae in literis Zatoriensis districtus descriptae sunt, videlicet Dwory vors ducalis cum praediis, hortulanis et medietas pratorum, quae inferius curiae in arcis consistunt, et duo bona Kobyrnijki et Porambka et fluvius Sola inchoando a superioribus graniciebus Lebenwerder in molendinum usque asserum quod ad Oswiacim pertinere debet, sicque rursum prata Skacze ad Zator pertinentia usque ad alveolum Sucha et montana inchoando a graniciebus Kobiernitki rursum usque ad fundum Sucha directe ad Niclasdorpp, et ulterius ipsa montana parum ultra Lipnik et Dwie Kozie id ad Oswiecim pertinere debet, altera vero pars montanorum ex hac parte Sola versus Zator sita debet ad districtum Zatoriensem pertinere. Insuper specialiter inveniuus, quod Duces utriusque districtum Oswiacim et Zator monetam ambo in solidum aequis impensis ac sortibus habere debent et moneta cudi debet cum amborum scitu et voluntate in civitate

capitali Oswiacim et non alibi. Etiam debent singuli dis-
trictus divisi propria habere iura, nisi quod voli domini
pro his componerent ad invicem, quo ipsi districtus di-
visi sub unum ius pertinere deberent, videlicet Oswia-
cim et Zator, verum Szywieszensis districtus debet ad
iura Oswiacimensia pertinere; insuper debent ipsi Prin-
cipes ac domini amborum districtuum Oswiacim et Zator
eos tres calices Conventus in Oswiacim, quos ipsi in-
vadiarunt, redimere et novem marcas argenti, quas in
monetariam acceperunt, quae faciunt marcas viginti
septem, easdem debent ipsi domini absque mora me-
morato Conventui solvere, ne adeo misere periret.
Etiam invenimus, quod Duces utriusque districtuum
eorum vasallos et civitates circa omnia eorum iura,
literas, libertates et consuetudines conservare debe-
bunt, prout antiquitus observatum est. Et signanter
in metis et graniciebus ad curias pertinentibus, cog-
novimus et invenimus, quod proximior meta Advo-
catiabili Semitae, quam modo Czepel tenet, per infe-
riora versus Zatoriensem districtum loca cum me-
dietate pratorum et medietate Kossenwalde in Sied-
liski sitt' id ad Zatoriensem districtum perti-
nere debet, non nocendo graniciebus Monowicze
et sursum usque ad Oswiacim a dictis inferioribus
metis Advocatiae consitt' cum medietate dictorum
pratorum in Siedliski et medietate Kossenwalde in

Osviacimensem districtum pertinere debet, prout supe-
rius est descriptum. Signanter etiam nos supradicti
arbitri et vasalli iam dictae divisionis cognovimus
et invenimus decreto, quod ipsi duo Duces, quibus Osvia-
cim et Toost ad eorum sortes cedi debebunt aequanimi-
ter et uniformibus fatigis ac aequalibus impensis
operam praestare, quomodo ipsi ad eorum haereditа-
ria bona, Gleywicz civitatem cum eiusdem perti-
nentiis, emolumentis et accidentiis venire possent.
Quodsi id divina ordinatione eveniret, quod ipsi Gley-
wicz rursum consequerentur, extunc id aequali sor-
te inter se partiri debebunt, et Dux, cui Zator pro
sorte cesserit, nullam sortem in Gleywicz habere
debet, verum Zatoriensis Princeps debet etiam
operam dare, quomodo ipse Boerwald cum suis at-
tinentiis conquirere posset, etsi Princeps districtus
Zatoriensis Boerwald consequeretur, id ipse cum
omnibus attinentiis pro vera et propria haereditate
sua obtinebit, in quo sibi fratres sui, quibus Os-
wiacim et Toosek cesserint, nullum impedimentum
facere debebunt, etiamsi ullae literae debita pecu-
niaria aut captivi quipiam extarent, haec singula
aequaliter in tres sortes partiri inter ipsos Princi-
pes debent, exceptis literis granicierum, quae ad ma-
nus fideles deponi debebunt, prout arbitri totius divi-

sionis cognoverint, quarum cum quipiam Ducum pro
sua virtumque necessitate egerit, huic eaedem in pro-
testatem eiusdem dari debent tamdiu donec ipse iusti-
tiam suam fuerit prosecutus, quas tandem rursum
ad ipsas manus fidelis reponere debebit. Insuper con-
clusum et conditum est, quod Princeps, cui Zatoriensis
districtus pro sorte cesserit, tres annos in Oswiacim
manere debebit, et ibidem servare quatuor ministros
castri et duos custodes, Coquinae autem et cellarii me-
dium usum habebit, stabulumque equorum pro viginti
equis quoque habebit, familia vero illius quam serva-
verit, similiter excubias vigiliarum agere debet cum
ad eandem ex ordine pertinebit nihilominus tam
proprias pendet impensas, et Princeps cui Oswiacim
pro sorte veniet, debet Principi Zatoriensi centum
quadraginta marcas Polonicales ad subsidium
aedificiorum dare et tales pecunias in duobus
annis expedire, videlicet a futuro Carnisprivio
per annum medietatem, et alteram medietatem tan-
dem per annum sequentem, ac etiam ab omnibus in-
colis Oswiaczym et Szyoicz duorum dierum laborem;
Princeps vero cui Post pro sorte cesserit, debet Duci
Zatoriensi sexaginta marcas ad aedificia dare ad tem-
pora descripta prout Dux Oswiacimensis. Etiam conclu-
sum et conditum est, quod omnia et singula instrumenta

seu necessaria bellica, ut pixides magnae et parvae, pulveres tormentariorum et alia id genus pro defensione apparata, aequaliter in tres sortes partiri debent; pecunias vero, quas ipsi Duces domino Zatoriensi expedire pro subsidio aedificiorum debent, easdem civitatibus eorum, seu aliis fideiussoribus, quibus poterint, cavere tenebuntur. Datum in Oswiacim, feria tertia ante [illegible] Agnetis festum, Anno Domini 1445 sub nostris subappensum sigillis.

(Z kopii sporządzonej r. 1784 przez Jana Czerwienskiego Sekretarza Król. – Oryginał w Archiwum Koronnem. – Kopia w Tekach Naruszewicza Tom XVIII, Nr. 1.)

Joannes de Czyzow castellanus et ca=
pitaneus craćoviensis testatur Petrum
Szafraniec de Lieskowa skała succa=
merarium craćoviensem Jacobo de
Laborow canonico craćoviensi -nar=
tem villae Szidzina vendidisse.

Craćoviae, anno 1445, d. 4 mensis Februarii.

Johannes de Czyzow castellanus et capitaneus
craćoviensis nec non serenissimi domini regis Polo=
niae locumtenens significamus tenore praesentium
quibus expedit universis praesentibus et futuris:
Quomodo generosus dominus Petrus Schafranyecz
de Lyesscowa Scala succamerarius craćoviensis
ćoram judicio castrensi comparendo personaliter
recognovit: quia vendidit totam partem suam hae=
reditatis villae Szidzina cum omni jure et dominio
cum omnibus et singulis utilitatibus, fructibus, cen=
sibus, agris, campis, pratis, nascuis, gaijs, rube=
tis, silvis, borris, lacubus, piscinis, fluviis, mo=

lendinis cum universis pertinentiis quibuscunque dicantur nominibus nihil excludendo vel ut dicta pars haereditatis est distincta ab aliis et velut solus tenuit et posedit pro ducentis quinquaginta marcis et pro equo in valore triginta marcarum totum communis pecuniae monetae et numeri polonicalis consueti venerabili viro domino Jacobo de Zaborow decretorum doctori canonico ecclesiae cracoviensis rite et rationabiliter perpetue resignavit tenendam, habendam, possidendam, commutandam et in usus beneplacitos convertendam per ipsum dominum doctorem et suos successores. Et debet ipsum dominum doctorem intercedere a qualibet persona et ab omnibus impedimentis pro eadem parte haereditatis usque ad praescriptionem, secundum quod ad quamlibet personam pertinet praescriptio. Et debet eam gravitus distingvere ab aliis suis impensis et ad primos et secundos terminos ad maximum liberare a censibus a fratribus monachis ad Sanctam Catharinam in Casimiria et a servitio regali, et hanc inscriptionem debet inducere ad librum terrestrem tunc subvadio mille marcarum; nunc dat

intromissionem. Sitco ministerialis datus est ipsi domino doctori ad intromittendum. In cujus rei testimonium sigillum nostrum praesentibus est appensum. Datum Cracoviae feria quinta post festum Purificationis Mariae, Anno Domini Millesimo Quadringentesimo quadragesimo quinto.

(Oblat. fer. 6a post fest. S. Innocentium d. 29 Decembris 1780 ad acta castr. Cracov. Lib. Relat. Tom. 211 pag. 3133. No. 918; ubi memoratur originale pergameneum sigillo pensili munitum fuisse.)

Raphael canonicus Cracov. Nicolaus et
Michael fratres advocati in Skawi-
na censum annuum super villis Ra-
dzieszow et Wola Radzieszowska
Professoribus Universitatis studio-
rum craĉoviensis pro dotanda bursa
pauperum artistarum coram judicio
supremo theutonico magdeburgensi vendunt.

In Skawina, anno 1445 d. 2 mensis Septembris.

Jacobus Czambok* de Skawina advocatus, Johan- *Zambek
nes Gądeczki de Lapszczicza, Petrus de Cojanow,
Johannes de Radzeschow, Stanislaus de Zorzow,
Andreas de Liski, Albertus de Prandnik et Stanis-
laus de Grodzecz sculteti et vicesculteti nec non
scabini Juris supremi theutonici Maydebur-
gensis in Thynyecz: significamus universis
et singulis et publice profitemur: Quomodo ad
nostri praesentiam in judicio bannito venientes
venerabilis, nobiles et generosi domini Raphael
praepositus kielciensis canonicus et officialis cra-
coviensis generalis, Nicolaus et Michael germani
haeredes in Skawina advocati non compulsi, non

non coacti nec aliquo dolo, fraude aut ingenio
circumventi, sed animis ipsorum mature et a lon=
ge deliberatis, ex certis eorum scientiis recogno=
verunt in palam de consensu reverendi patris
domini Bogdali divina patientia abbatis, toti=
usque conventus Thynecensis viginti marcas
annui census perpetui minutae pecuniae polo=
nicalis et numeri, scilicet quadraginta octo gros=
sos in quamlibet marcam computando, venerabi=
libus et honorabilibus viris dominis rectori
doctoribus et caeteris magistris, totique uni=
versitati studii cracoviensis pro bursa pau=
perum artistarum sic vocata, nuncque in Cra=
covia in platea Wislae in acie ex opposito
domus acialis Johannis Strzezich sita et con=
gregata, pro quadringentis marcis [illegible] pecuniae et numeri polloni=
calis praedictorum, quasque quadringentas mar=
cas jam de manibus venerabilium virorum domino=
rum Jacobi de Zaborow dictae bursae provisoris,
Johannis de Elgoth scholastici et Lauli de Zathor
decretorum doctorum canonicorum cracoviensium
cum effectu dicti domini Raphael, Nicolaus et Mi=
chael receperunt se imperpetuum seu ad tempora

perpetua in et super eorum bonis haereditariis
scultetiarum in villis Radzessow et Wolya-
nec non tabernis, molendinis, agris, pratis, nes-
cuis, rubetis, nec non quibuscunque censitis
hominibus locatis, locandis, constitutis et con-
stituendis, salvo tamen ipsorum dominorum
abbatis et conventus praedictorum dominio
et jure ibidem, vendidisse, prout vendiderunt
et praesentibus resignarunt per dictos do-
minos rectorem, doctores, magistros, universi-
tatem, nec non provisores et provisorem
nro dicta Bursa artistarum et per ipsam
bursam artistarum temporibus perpetuis le-
vandas, capiendas, exigendas, utifruendas, jux-
taque ipsorum voluntatis beneplacitum nro
dicta Bursa artistarum et per ipsam Bursam
de cetero convertendas et inbursandas; sic-
que ipsi domini rector, doctores, universitas
et Bursa, seu ipsam pro tempore inhabitan-
tes et eorum quicunque successores penitus
et omnino erunt et debebunt esse liberi exempti
et soluti ab omnibus exactionibus, contributio-
nibus, solutionibus, servitiis bellicis quibuscunque

et quibuscunque nominibus vocitentur de dictis scul-
tetiis et earum adjacentiis in dictis villis quocun-
que modo solvi et fieri consvetis. Obligarunteque
se iidem domini Raphael, Nicolaus et Michael
ipsorum successores quoscunque dictum annu-
um censum viginti marcarum temporibus per-
petuis praefatis domini rectori, doctoribus, ma-
gistris, toti Universitati, Bursae artistarum
provisori et omnibus ipsorum successoribus
scilicet ad quaelibet Quatuor tempora quorum-
libet annorum per quinque marcas pecuniae
antedictae temporibus praefatis, incipiendo a
Quatuor temporibus Luciae mediate et proxi-
me venientibus absque omnibus excusationi-
bus et impedimentis realiter et cum effectu
soluturos et daturos; promittentes nihilomi-
nus praefatos dominos rectorem, doctores,
magistros, totamque universitatem, bursam
et provisorem, dictamque bursam inhabitan-
tes ab omnibus impedimentis, vexationibus
occasione praedictorum omnium secundum
formam et consvetudinem Juris supremi theuto-
nici Maydburgensis relevare et introcedere,

evincere et reddere a quibuscunque personis in=
dempnes. In quorum testimonium nostrum et
in signum consensus dictorum dominorum
Abbatis et conventus sigilla sunt appensa
et appendimus cum dictis dominis. Datum
in Skawyna, Anno Domini Millesimo Quad=
ringentesimo quadragesimo quinto, Feria quin=
ta proxima post Sancti Egidii.

(Oblat. fer. 6a post fest. S. Innocentium
d. 29 Decembr. 1780 ad acta cast.
Cracov. Lib. Relat. Tom. 211 pag.
3120-3121. Nº 911; ubi memoratur
originale pergamenum 3 sigilla
cerea pensilia habuisse, videlicet
unum Abbatis, secundum Conventus
Thynecensis, tertium vero Juris
supremi Magdeburgensis in Tyniec
avulsum fuisse.)

(In transumpto huiusce diplomatis per Sbigneum, episcopum Cracov. tria sigilla in cordulis pergameni subappensa, coniunctim de cera glauca composita, sic describuntur:

„in quorum primo oblongae dispositionis imago „pontificalis in capite abbatialem galeam, in sinistra „baculum pastoralem, in dextra clypeum duas claves „transversas gladio mediante continentem gestabat; sub „pedibus vero erat clypeus in cuius medio cruce dimidio „circulo circumdato, in circumferentia vero simili talis ha„bebatur scriptura: Sigillum Bogdali Abbatis Tyncìensis „divina patientia. — In altero rotundae dispositionis duae imagines beatorum Apostolorum Petri et Pauli „in diadematibus, gestantium libros in sinistra tenen„et gladium in dextra cernebantur, et scriptura literis capi„talibus talis legebatur: Sigillum Conventus Monasterii „Tynecens. — In tertio et ultimo etiam circularis figu„rae clypeus duas per transversum habens gladio „medio claves, et hanc scripturam continens videba„tur: Sigillum Juris supremi Tyncìensis."

Venceslaus Dux Oswiecimensis villam Zembrzyce nobili Joanni Cieslińoki vendit.

In Zator, Anno 1445, die 11 mensis Novembris.

In nomine Domini Amen. Ad perpetuam rei memoriam. Salutem perpetuam temporibus perpetuis duraturam. Nos Wenceslaus Dei gratia Dux Oswanczimensis et Zathoriensis etc. significamus tenore praesentium quibus expedit universis: quod nos non compulsi, nec coacti, nec aliquo dolo seducti, sed animo deliberato, nostrorumque amicorum et consanguineorum maturo consilio praehabito, Zambrzycze villam nostram, a nobis iure haereditario et feodali possessam, in districtu Zathoriensi sitam, vendidimus, resignavimus, quam vigore praesentium vendimus et resignamus nobili Johanni Czeszlinskij fideli nostro dilecto, suisque haeredibus et legitimis successoribus, pro centum cum medio et quinque marcis

latorum grossorum Pragensium numeri Polonicalis consueti, quadraginta octo grossos in quamlibet computando marcam, cum omni iure eiusdem villae Zambrzycze, dominio, iudicio, potestate, libertate, quibus ipsam actenus soli possidebamus, cum omnibus agris cultis et incultis, locatis et locandis, arqulis, silvis, nemoribus, virgultis, rubetis, borris, mericis, mellificiis, venationibus, pratis, pascuis, cum omnibus et singulis piscinis inventis et inveniendis, in his metis, granicius, secundum quae praedicta villa Zambrzycze est ab antiquo in suis limitibus circumferentialiter distincta et divisa. Cum omnibus lacubus, paludinibus, vallibus, collibus, montibus, campis, aquis, fluminibus, stagnis, vadis et earum decursibus, cum molendinis aquaticis sive ventilibus, factis et fiendis, cum omnibus fructibus et universis utilitatibus, censibus, proventibus, contributionibus redditibus, honoribus, laboribus, culpis, poenis et dationibus et quibuscunque dationibus, pertinentiis quibuscunque eorum nominibus seu vocabulis nullis demptis penitus nec exclusis, perpetue haereditarie resignamus et cum effectu cedimus, habendam, tenendam, possidendam, fruendam, vendendam, arendandam, mutandam, alienandam, uti

sibi Johanni Czeszlinskij et suis legittimis succes-
soribus melius, utilius et competentius videbitur
ordinari. Et eundem Johannem Czeszlinski promittimus
a qualibet persona tueri, ne ab aliquo impedietur
pro eisdem bonis, servitiis tamen nostris in omnibus
semper salvis: Quod praefatus Johannes Czeszlinski,
suique haeredes seu legittimi successores de praescrip-
ta villa nobis et nostris posteris in uno equo valen-
te quatuor marcas, ballisteria seu una galea vulga-
riter Podlepko, quotienscunque in dicta terra nostra
fuerit et opportunum servire utique te-
nebuntur. In cuius rei testimonium et robur per-
petuae firmitatis praesentem litteram munimine
nostri sigilli iussimus communiri. Actum et da-
tum Lathor, ipso die Sancti Martini episcopi,
Anno Domini Millesimo Quadringentesimo quad-
ragesimo quinto. Praesentibus nobilibus dominis
Nicolao Rudsky, Nicolao Schassowski, Michaele
Laskowskij, Nicolao Loramskij, Jacobo Advocati
Lathoriensis, Johanne Rokowski et pluribus fide
dignis protunc in praesentia constitutis. Data per
manus Nicolai Thurskij domini Ducis suprascripti
Notarii.

(Oryginał na pergaminie z pieczęcią woskową wiszącą na pleciony jedwabnym sznurku koloru żółtego z szafirowym, był r. 1785 d. 28 Lipca w Archiwum Koronnem. — Kopia w Tekach Naruszewicza Tom XVIII, Nr 6.)

Jorge Schwartz Bürger von Krakau bekennt dass er vom Wentzel Herzog von Oswiecim (Zator) 60 Mark böhm. Groschen poln. Zahl bekommen hat als Draufzahlung der Schuld von 200 Mark welche der Herzog ihm am nächsten Tage nach Weinachten zu zahlen versprach, und das der Fürst ihm den Rest der Schuld am Tage des Heil. Johannes des Täufers zu bezahlen versprochen habe.

Krakau 1446 am Mitwoche vor Beschneidung Jesu Christi (d. 28 Styczna)

(Acta Consularia Cracov. A. 1446 Tom II pag. 495)

Casimirus Jagiellonides Rex Poloniae pactum cum Janussio Duce Osviecimensi de emendo Ducatu Osviecimensi init.

Cracoviae, Anno 1446 die 9 mensis Octobris.

Kazimirus Dei gratia Rex Poloniae, Magnus Dux Litvaniae, Russiae, Prussiae dominus et haeres, etc. etc. significamus tenore praesentium quibus expedit universis: quomodo de Praelatorum et baronum Regni nostri consilio, ac matura deliberatione praehabita, post multosque et varios tractatus cum praedicto Principe domino Janussio Duce Osswaczimiensi, fratre nostro dilecto, habitos, pro Terra Osswaczimiensi et castris Osswaczim et Wolek infrascriptum contractum, ordinem et concordiam fecimus, ordinavimus, inivimus et finaliter conclusimus. Inprimis mille marcas latorum grossorum Pragensium monetae et numeri Polonicalium, videlicet quadraginta octo grossos in quamlibet marcam

computando et viginti unum florenos Hungaricales ad feriam quartam Cinerum proxime venturam adiungimus et adtribuimus, tribus millibus et trecentis marcis latorum grossorum in literis magnifici Johannis de Czyzow castellani et capitanei Cracoviensis, fideiussoris nostri et aliorum confideiussorum sive collegarum suorum, in ipsis literis contentorum, solvere et in civitate nostra Bandzyn effectualiter reponere pro dicto termino feria quarta Cinerum, quibus pecuniis receptis ac levatis utraque pars, tam nostra, quam ipsius domini Dnci Janussii in civitate Bythom ipsas pecunias conducere debent; tempore tamen conductionis dictarum pecuniarum pro nostris subditis, Regnique nostri, pro indempnitate ipsi domino Ducii Janussio promittimus et pollicemur. Ipse etiam dominus Dux Janussius a suis subditis et partibus Slesiae nobis aut nuntiis nostris pro indempnitate et securitate in conductionem dictarum pecuniarum tenore et salvo conductu providere, (pro) parte sua et omnium suorum sibi coherentium providere tenebitur et debebit. Quibus summis pecuniarum ad plenum solutis, omnes inscriptiones et literas, tam nostras praesentes, quam fideiussorum nostrorum castellani Cracoviensis et aliorum suorum collegarum

in manus nostras aut horum qui praetactas pecu-
nias sibi solverint, dictus Dux Jamussius literas
unamque in se tria millia tricentasque marcas gros-
sorum Bohemicalium, aliam vero quae mille mar-
cas latorum grossorum et viginti unum florenos in
se continent, literam quoque fideiussoriam, in qua
praeclari Principes domini Wenceslaus Zatorien-
sis et Przemek Thoszen. cum nonnullis terrige-
nis posuerunt fideiussore restituere debent et tene-
buntur, literamque suam cessionis ac renuntiatio-
nis omni dominio mero et mixto, proprietatique et
possessioni, et signanter omni iuri et interesse, quod
habere in dicta Terra Osswanczimiensi praedicta
abrenuntiando de Terra et castro Osswanczim titu-
lo venditionis perpetuae dare debet, sitque astrictus;
et si necessitas postulaverit, coram Serenissimo Prin-
cipe domino Rege Bohemiae, dum per nos fuerit
avisatus, similem tenebitur facere abrenuntiationis
resignationem iuxta nostrae beneplacitum voluntatis.
In casu vero si praedictam summam pecuniarum et flo-
renorum ad feriam quartam praedictam Cinerum
non solverimus et reponere non curaverimus, extunc
ipsum dominum Ducem Janussium duabus septima-
nis ante feriam quartam Cinerum avisabimus, quod se in
Terram Osswanczimiensem et castra Osswanczim et Wolek

intromitteret et possessionem eorundem reciperet in
tenutam et Capitaneum Osswaczimiensem, qui pro
tempore fuerit, sibi de eadem Terra Osswaczimiensi
et castris Osswiaczim et Wolek receptis literis nos-
tris praesentibus et fidemissorum nostrorum castel-
lani Cracoviensis et aliorum suorum collegarum
et aliis literis superius descriptis, literam quoque ab
eodem Duce Janussio de non inferendo gravamine et
praeiudicio terrigenis et incolis dictae terrae Osswaczi-
mensis recepta condescendet et dabit intromissionem.
Quam terram Osswaczimiensem cum castris Osswan-
czim et Wolek idem Dominus Dux Janussius insu-
perius descriptus summis pecuniarum per spatium
quatuor annorum continue sequentium, incipien-
do annos a feria quarta Cinerum proxima compu-
tando cum omnibus et singulis utilitatibus, fruc-
tibus, redditibus, proventibus et obventionibus,
tanquam Capitaneus et tenutarius noster tenebit,
habebit, utifructur et possidebit, nobilesque terri-
genas, cives, Kmethones et omnes alios dictae Terrae
Osswaczimiensis indigenas et incolas circa iura
eorum conservando, non aggravando nec opprimen-
do eosdem aut captivando, sine praeiudicio quoris co-
lore exquisito, neque guerras, lites ac bella sine spe-
ciali mandato nostro aut Regni nostri movendo vel

incipiendo, spolia, furta, latrocinia non admittendo=
cuipiam inferre, neque aliqua debita Prussiae aut ali=
qua alia quibuscunque occasionibus aut causis inter=
venientibus praeter summam descriptam computando.
Pro cuius quidem Terrae et castrorum Osswanczim et
Wolek conservatione et tuitione in subsidium tri=
centas marcas monetae et numeri Polonicalium sin=
gulis annis infra praedictos quatuor annos dare
tenebimur et praesentibus obligamur. Si autem ipsas
tricentas marcas pro conservatione utriusque castri
dare annuatim nollemus, extunc dictus dominus
Dux Janussius Wolek castrum tenere non debebit, sed
in manus nostras, aut cui commisserimus, resignare:
quod nobis frangere et demolire licebit iuxta bene pla=
citum voluntatis, hoc etiam addito, quod si in solu=
tione praediti subsidii tricentarum marcarum pro utro=
que castro, sive centum solum pro Osswanczym ex
toto et plenarie solvere et dare neglexerimus singu=
lis annis infra quatuor annos praedictos, extunc in
fine quarti anni circa solutionem capitalis ex integro
supplere volumus et tenebimur. Si autem Wolek cas=
trum ipse Dux Janussius non tenuerit, extunc pro
conservatione Terrae et castri Osswanczym solum
centum marcas monetae et numeri Cracovienses da=
bimus, hoc etiam adiecto: quod si ipse Dux Janussius
aliquibus bellis et hostibus nostris et Regni sine causa
et occasione per ipsum Ducem Janussium aut suos adhae=

rentes directe vel indirecte per se vel per submissas personas quomodolibet praestandis impeteretur ac infestaretur: extunc memoratum dominum Januſium defensare et tueri volumus ac debeminus. Si vero, quod absit nos aut aliquis nostro et Regni nostri nominibus dictam terram Osswaczim et castra praedicta infra spatium praedictorum quatuor annorum continue se sequentium in summis praescriptis, annos a feria quarta Cinerum incipiendo, non exemerimus, extunc dictam terram idem Dux Janussius et sui successores legitimi, lapsis quatuor annis praedictis, perpetualiter possidebunt et habebunt; nos vero omnes terrigenas, cives et alios incolas de omagio et juramentis nobis praestitis liberos remittemus et relaxabimus. Praeclari vero Duces Domini Wenczeslaus Zathoriensis et Przemek Thoszensis una cum terrigenis ipsorum decem in numero personis inscriptis sine dolo et fraude notabilioribus, videlicet nobilibus et generosis Michaele Slawnoij de Elgoth, Schambor de Labuti, Michaele Cancellario de Zawerczyce, Schamborio Sbroslawski, Vincentio Wytkowsky, Johanne Czempczowski, Czystek de Zementyez, Joanne Czystek de Zementyez, Procopio de Swenthossowicz, Johanne de Czenthawa, Nicolao Bauschydskij de Welawyess, Johanne de Bleseyowyce, et Michaele Tyrodski promittere et spondere debent sub fide et honore ac poenis infrascriptis, pro dicto domino Duce Janussio: quod omnes articulos, puncta supra et infra scriptos in omnibus clausulis, conditio-

bus, omnibus coloribus quibus sibi prodesse et nobis obes-
se possit aut Regno nostro cessantibus et proculmotis,
tenebit, servabit, implebit ac firmiter et sine dolo ac frau-
de, sine quavis mora et contradictione custodiat, condes-
cendat et observabit pro quibus dicti domini Duces Wen-
ceslaus Lathoriensis et Przemek Thossensis principales
se posuerunt suis literis certos et indubitatos manu con-
iuncta et indivisa fideiussores. Et si dictus dominus
Janussius per nos sibi solutis summis praedictis, Ter-
ram et castra praedicta aut aliquas literas nobis noci-
vas nobis non restituerit, quas taliter exolverimus et
pro ipsis satisfecerimus: extunc dampna quaecunque
perceperimus aut incurrerimus, ad simplicem assertionem
nostram nobis praedicti Duces et eorum successores ad-
implere et solvere debent et tenebuntur. In casu vero quo
de hac luce ipse Dux Janussius decesserit: extunc do-
minus Dux Przemek aut eorum successores Terram
Osswanczimiensem cum castris praedictis Osswanczym
et Wolek nobis et Regno nostro condescendere, dimitte-
re et resignare in manus nostras, aut cui id specialiter
commiserimus, realiter et cum effectu debent, receptis pe-
cuniis superius descriptis. Quodsi dictus dominus Dux
Janussius aut ipsi fideiussores sui tanquam principa-
les cum ipsorum terrigenis aut successoribus non adim-
pleverit: habebimus potestatem eos maledicendi, diffa-
mandi, captionandi, pecunias capitales et dampna in eorum
Ducatibus, dominiis et possessionibus repetendi, subditos

ipsorum captivandi terrasque ipsorum cremandi, aliisque modis exquisitis conquirendi et expetendi quibus consiliis et ingeniis possemus nobis aut Dno nostro prodesse et ipsis obesse, quibus ipse dominus Dux Zamosius cum Lathoriensi et Thossensi Ducibus et Fratribus ac eorum subditis et adhaerentibus contradicere aut se opponere sub fide et honore non debent. Insuper pro pixidibus duabus videlicet Puszkij debemus ex parte nostri debemus in duos homines bonos et Dux Zamoscius in alios duos arbitros compromittere et firmiter decreto ipsorum stare. Quod si ipsi quatuor arbitri non concordaverint, extunc superarbitrum alias Eberman praeclarum Principem dominum Ducem Conradum Magistrum Ducem Olsnensem ex utraque parte eligemus et decreto ipsius firmiter stare debemus et volumus. Harum quibus sigillum nostrum praesentibus est subappensum testimonio literarum. Datum Cracoviae feria secunda proxima ante festum Sanctae Hedwigis, Anno Domini Millesimo Quadringentesimo quadragesimo secto.

(Oryginał na pergaminie z pieczęcią woskową wiszącą na zewiasce pergaminowej, był d. 26 Lipca 1785 w Archiwum Koronnem. — Kopia w Tekach Naruszewicza Tom XVIII, Nr. 21.)

Helena, Nicolaus et Venceslaus Oppaviae et Rathiboriae, Offka, Wenceslaus, Boleslaus et Przemko Teschnenses, Przemko et Hanuschius Toschecenses et Oswiecimenses Duces unionem et pacem cum Rege Casimiro et Regno Poloniae redintegrant.

Cracoviae in Conventione, A. 1447, Sabbato die proximo ante dominicam Carnisprivii.

Wieczny będzie pokoj, – wstrzymować będą poddanych aby szkodnie robili w Polsce; złoczyńców i wywołańców nie będą chować, a nawet ścigać i karać. Co roku 2 razy (fer. 5a Quatuor temporum S. Crucis et fer. 5a post S. Georgii diem) odbywać się będą sądy pograniczne w Skawinie i Oświęcimie – za poprzedniem zawiadomieniem wolny będzie wojskom przechód przez Xięstwa. Przechowywacze złoczyńców na zamkach mają za szkody odpowiadać przed sądami pogranicznemi, również za długi mogą być pociągani.

(Zbior kopij różnych Rękopism Mssc. Balińskiego in fol. Mscr. Bibl. Univ. Cracov. Nr. Inv. [illegible] 1001. Kart 5.) – Teki Naruszewicza Tom XVIII. No 32.

Janussius Dux Oswietimensis terram suam Oswiecimensem cum castris Oswiecim et Wolek Casimiro (Jagiellonidae) Regi Poloniae pro 8000 floren. hungar. vendit.

Cracoviae, Anno 1447, die 22 mensis Februarii.

Nos Janussius Dei gratia Dux Auschwiciensis recognoscimus pro nobis, haeredibus et successoribus nostris, tenore praesentium significantes, quibus expedit universis: Quomodo Serenissimo Principi domino Kasimiro Dei gratia Regi Poloniae, Magno Duci Lithuaniae, Russiae, Prussiaeque Domino et haeredi etc. domino nostro gratioso ac inclito Regno Poloniae, matura intra se deliberatione praehabita, plurimumque ad hoc Principum ecclesiasticorum et temporalium, fratrum et amicorum, nonnullorumque fidelium et subditorum nostrorum accedente consilio, non astricti, neque aliqua oppressione impediti, Terram nostram Auschwitiam, prout in suis granicziebus et gadibus est distincta et limitata, cum castris Auschwen. et Volek, aliisque fortalitiis, civitatibus, pos-

sessionibus, curiis et villis quomodolibet in dicta terra Auschwiciensi locatis et locandis, constructis et construendis, ac eorundem utilitatibus et obventionibus generaliter universis et signanter omni iure proprietate, sorte et portione et dominio mero et mixto, quod in ipsa terra Auschwiciensi et eius possessionibus ad nos quomodolibet spectare dignoscebantur, et prout solimet habuimus et tenuimus, nihil iuris et proprietatis pro se et nostris successoribus in eisdem reservantes, vero et legittimo titulo venditionis pro octo Millibus Florenorum ungaricalium puri auri et iusti ponderis vendidimus, praesentibusque vendimus et resignamus perpetua et irrevocabili resignatione, perpetuisque temporibus ac aeviternis. Ideo nos erga praefatum Serenissimum Dominum Kasimirum Regem et Regnum Poloniae, Suae Serenitatisque successores Terrae praefatae Auschwiciensi, castrorumque Auschwianczim et Volek, omnium haereditatum sive portionum haereditariorum singularumque successionum sive devolutionum, quae nobis iure paterno sive materno in eadem terra Auschwiciensi competissent et competerent, ad nosque dicta iura aliunde devoluta fuissent, quibuscunque nominibus

Janussius dux osvietimensis terram
suam osvietimensem cum castris Os=
wiecim et Wolek Casimiro (Jagel=
lonidae) regi Poloniae pro
8000 floren. hungar. vendit.

Cracoviae, anno 1457 die 2 mensis Martii.

Nos Janussius Dei gratia dux Auschwicensis etc. re=
cognoscimus pro nobis haeredibus et successoribus nostris
tenore praesentium significantes quibus expedit univer=
sis: quomodo serenissimo principi domino Casimiro regi
Poloniae et Magno Duci Lithuaniae, Russiae, Prussiae
domino et haeredi etc. domino nostro gratioso ac inclyto
regno Poloniae matura intra se deliberatione praehabita,
pleniumque ad hoc principum ecclesiasticorum et tem=
poralium fratrum et amicorum nonnullorumque fidelium
ac subditorum nostrorum accedente consilio non astric=
ti neque aliqua oppressione impediti, terram nostram
Auschwitimensem prout in suis granicziebus et gadibus
est distincta et limitata cum castris Auschwic et
Wolek, aliisque civitatibus fortalitiis, possessionibus
curiis et villis quomodolibet in dicta terra Auschwicziensi
locatis aut locandis constructis et construendis ac eorum
utilitatibus et obvencionibus generaliter universis

et signanter cum omni jure proprietatis, sorte, portio=
ne et dominio mero et mixto, quod in ipsa terra Au=
schwiciensi et ejus posessionibus curiis et villis quo=
modolibet spectare dignoscebatur et prout solimet ha=
buimus et tenuimus, nihil juris et proprietatis
jure se et nostris successoribus in eisdem reservantes,
vero et legitimo titulo venditionis pro octo millibus
florenorum hungaricalium puri et auri et justi pon=
deris vendidimus praesentibusque vendimus et resig=
namus perpetuo et irrevocabili resignatione perpetuis=
que temporibus ac aeviternis. Ideo nos erga praefatum
serenissimum dominum Casimirum regem ac regnum
Poloniae Suae Serenitatisque successores Terrae prae=
dictae Auschwicensis castrorumque Auschwicensis
et Wolek omnium haereditatum sive portionum hae=
reditariorum singulorumque successionum sive devolu=
tionum quae nobis jure paterno sive materno in ea=
dem terra Auschwiciensi competissent et competerent
ad nosque juraque dicta aliunde devolutae fuissent
quibuscunque nominibus censeantur et vocitentur, to=
taliter cedimus et renuntiamus praesentium per teno=
rem promittens et spondens sub fide et honore nos=
tris quod neque nos neque haeredes sive posteri aut
proximiores nostri occasione praemissorum erga prae=
fatum serenissimum dominum regem Suae Serenitatis
successores ac regni Poloniae nullo unquam tempore

aliquam actionem sive quaestionem judicialem sive extra judicialem habere sive movere volumus seu debemus, sed dictam terram Ruschwiciensem cum ejusdem attinentiis et obventionibus aliisque rebus mobilibus et immobilibus eo modo et ordine quemadmodum nos tenuimus et habuimus praefatus dominus rex et sui successores regnumque Poloniae libere possidere uti frui et potiri possint et valeant pro ipsorum libitu et voluntate perpetuisque temporibus ac aeviternis absque nostro haeredumque nostrorum proximorum quovis impedimento. In harum quibus sigillum nostrum est subappensum testimonio literarum. Actum et datum Cracoviae, feria quarta Cinerum Anno Domini Millesimo quadringentesimo quinquagesimo septimo.

censeantur et vocitentur totaliter abimus et re=
nuntiamus praesentium per tenorem. Promittentes
et spondentes sub fide et honore nostris: quod neque
nos, neque haeredes sive posteri aut proximiores
nostri occasione praemissorum erga praefatum Se=
renissimum Dominum Regem, Suae Serenitatis suc=
cessores aut Regni Poloniae nullo unquam tempo=
re aliquam actionem sive questionem iudicialem
sive extraiudicialem habere sive movere volumus
seu debemus, sed dictam terram Auschwicinensem
cum eiusdem attinentiis et obventionibus, aliisque re=
bus mobilibus et immobilibus, eo modo et ordine,
quemadmodum nos tenimus et habuimus, praefa=
tus Dominus Rex et sui successores, Regnumque Po=
loniae libere possidere, utifrui et potiri possint
et valeant pro ipsorum libito et voluntate, perpe=
tuisque temporibus et aeviternis, absque nostro hae=
redumque nostrorum, sive proximorum quovis im=
pedimento. Harum quibus sigillum nostrum prae=
sentibus est subappensum. Actum et datum Cracoviae
feria quarta Cinerum, Anno Domini Millesimo Quad=
ringentesimo quadragesimo septimo.

(Ex libro privilegiorum Capituli cathedr.
Crac. Copia in Fasciis Naruszewicianis
Tom XVIII, Nr. 47.)

Johannes dux Oswiecimensis litteras Venceslai et Przemkonis ducum Oswiecimensium fratrum suorum germanorum Martino de Wnikow super septuaginta sex marcas serviendas confirmat, assignatque ipsis censum in civitate Kenty sentem marcas annuatim pro S. Michaelis solvendas usque ad exemptionem. — Datum in Oswiecim ante festum S. Michaelis, Anno 1447.

Fresl' w Inventarium Cracov. pag. 229.

In nomine Dómini Amen. Ad perpetuam rei memoriam. Nos Kazimirus Dei gratia Rex Poloniae, Magnus Dux Lithuaniae, Russiae, Prussiae etc. dominus et haeres notum facimus per praesentes nostras literas omnibus et singulis, quibus expedit universis: quod veniens ad praesentiam nostram praeclarus dominus Wenceslaus Dux Ossowyazimensis et Iatoriensis frater noster dilectus cupiens et petens Regno nostro uniri et incorporari, literas et privilegia quorundam Regum Bohemiae in praesentia nostra posuit et ostendit, quatenus ipsum et ipsius successores in iisdem privilegiis et in aliis libertatibus conservaremus et confirmaremus in protectionemque et tuitionem nostram ac Regni nostri reciperemus, prout ipsum, ipsiusque antecessores Reges

Casimirus Jagellonides Dux Poloniae Wenceslaum ducem Zatoriensem in protectionem et ad unionem cum Regno Poloniae recipit.

(Anno 1457.) (vel 1447)

In nomine Domini Amen. Ad perpetuam rei memoriam: Nos Kazimirus Dei gratiae Rex polonie, Magnus Dux Lithuanie, Russie, Prusie, etc. Dominus et Heres: notum facimus per presentes nostras literas omnibus et singulis quibus expedit: quod veniens ad presentiam nostram preclarus Dominus Wenceslaus Dux Osswyacimensis et Zatoriensis frater noster dilectus cupiens et petens regno nostro uniri et incorporari, litteras et privilegia quorundam regum Bohemie in presentia

nostra posuit et ostendit, quatenus ipsum et ipsius successores in iisdem privilegiis et in aliis libertatibus conservaremus et confirmaremus, in protectionemque et tuitionem nostram ac Regni nostri reciperemus, prout ipsum ipsiusque antecessores reges Bohemie tenebant et tuebantur; nos vero privilegiis ipsius visis et sufficienter examinatis, tanquam justis et rationi consonis, tum et petitioni ipsius acclinati attendentesque ipsius liberum accessum et unionem ad nos et regnum nostrum, ipsum Dominum Wenceslaum ducem osswiacymensem et zatoriensem in nostram et regni nostri tuitionem et protectionem recepimus et recipimus, ac privilegia sibi et suis antecessoribus per reges Bohemie data et concessa confirmavimus ac confirmamus; insuper et a juribus nostris feudalibus quomodocumque ad nos spectantibus et pertinentibus, a bello dum et quando expeditio bellica

fieret

fieret et contingeret aliarum terrarum regni nostri a contributione seu datia omni in quam terre regni nostri consentierint, ex quacunque causa seu modo, ceterisque servitiis et gravaminibus quocunque nomine vocantur seu in futurum vocabuntur tam de persona quam de bonis mobilibus et immobilibus liberum fecimus, dimissimus et in futurum facimus et dimittimus: et si quispiam habens bona in predicto Ducatu ab obedientia Domini ducis Zatoriensis se subtraxerit, et ad nos recurrerit, talem non suscipiemus neque defendemus, sed remittemus et compellemus eum ad obedientiam domini ducis zatoriensis. Et si aliquando aliquis nobilium aut plebejorum de eodem ducatu Zatoriensi ad nostram audientiam vel regni nostri judicium provocavit et appellaverit: sic provocantem et appellantem non admittemus ad nostram audientiam seu judicium, sed remittemus et in futurum

mandamus remitti ad eundem ducatum zatoriensem ut ibidem in omni negotio per subditos predicti domini ducis iustitia petentibus administretur, et generaliter ipsum dominum ducem et ipsius successores tum et ducatum Zatoriensem seu dominium in omnibus juribus et privilegiis conservamus et in perpetuum volumus conservari, quae ab antiquo ad ipsum et dominium ipsius pertinebant et spectabant. In cuius rei testimonium etc.

(Ex libro impresso: Leges seu statuta ac privilegia regni Poloniae ab Jacobo Prilusio collecta. Cracoviae 1553. fol. 789 (sine data) – et exinde in Thecis Naruszevicianis Tom XIX. No 85.) Pistorius: Script. rer. Polon. I. 241. – Sommersberg Script. rer. Siles. I. 860 – Grünhagen II. p. 592 No 19, kładzie jednak domyślną datę 1447) Biermann p. 622 domyśla się daty 1454.

Opoliensis, Ratiboriensis et Zatoriensis duces fatentur Joannem Čaplic de Szary satisfactum esse per regem Casimirum pro omnibus obligationibus, servitiis et promissis per Vladislaum regem factis. – Cracoviae, post Octavas Visitationis B. V. Mariae, Anno 1448.

Tresí w Inventarium Cracov. pag. 230.

Literae Joannis de Czyżów castellani et capitanei Cracoviensis, transsumptum privilegii per Casimirum regem Poloniae Nicolao de Usyczze pro locatione villae Lubień jure theutonico, A. 1363 die 24 m. Aprilis dati in se continentes.

Cracoviae, Anno 1449 die 23 mensis Maii.

In nomine Domini Amen. Ad perpetuam rei memoriam. Nos Johannes de Czyszow Castellanus et Capitaneus Cracoviensis, Significamus tenore praesentium universis tam praesentibus quam futuris praesentium notitiam habituris: Quod videntes et sane intelligentes privilegium seu per Scultetiam in villa dicta Luben, Serenissimi principis domini ac domini felicis recordationis Regis Kazimiri, publice recognoscentes profitemur, cuius privilegii tenor sequitur in hunc modum.

In nomine Domini Amen. Quod magni

fica regum decrevit fieri auctoritas,
ratum atque stabile debet perpetuo
permanere. Ea propter nos Kazimi-
rus Dei gratia Rex Poloniae, caetera-
rumque terrarum Cracoviae, Sando-
miriae, Siradiae, Lanciciae, Cuyaviae,
Pomoraniae, Russiaeque dominus et
haeres, (ad) universorum notitiam tam
praesentium quam futurorum prae-
sentibus declaramus: Quod volentes
utilitates Regni nostri peramplius
dilatare, silvam nostram sitam inter
fluvios vulgariter dictos Raba et
Iguarda, a Lantowna usque ad flu-
vium Cassyna, in terra Cracoviensi,
exposuimus ad locandum in eadem
silva infra fluvios et ex utraque par-
te fluviorum villam de septuagin-
ta mansis Frankonicis Jure Theutuni-
co Maydburgensi, nomen villae Luben
vulgariter imponentes, honesto viro
Nicolao de Cossycze. Ratione cuius
locationis Nicolaus praedictus soluit

tiam habebit in eadem villa cum suis legittimis successoribus jure haereditario perpetuis temporibus possidendam, habendam, tenendam, utifruendam, alienandam, commutandam, donandam, vendendam, ac pro sua et suorum successorum voluntate libere, benivole ac pacifice convertendum cum omnibus juribus et pertinentiis infra scriptis, videlicet duos mansos liberos cum una taberna libera, macellas carnium, bancas panum, sutorum, molendina duo in praedictis fluviis et sextum mansum liberum, habebit, etiam scultetus antedictus duas pisinas ibidem collocare potest. Scultetus memoratus etiam habebit omnia juramenta et tertium denarium de omnibus poenis magnis vel parvis, duobus vero denariis pro nobis reservatis. Licebitque scultelo praedicto et suis successoribus legitimis piscari, venari, mellificia informare infra

limites haereditatis antedictae et in aliis haereditatibus in nostris graniciis libere in omnibus collis et montibus usque ad granicies hungaricales. Scultetus autem qui pro tempore fuerit, ad expeditionem in equo cum balista nobis famulari tenebitur. Si vero idem scultetus non fuerit aptus ad servitia, extunc nobis tres marcas tenebitur exolvere. Ad judicia autem magna quae ter in anno fieri consveverunt, unum prandium scultetus et duo Kmethones nuntio nostro, quem ad hoc mittemus, ministrare tenebuntur, vel per fertonem pro quolibet sint solvere astricti. Pro censu vero villae praedictae Kmethones libertate expirata perpetuo quilibet eorum de quolibet manso singulis annis in festo Sancti Martini ratione census nobis et nostris successoribus per VIIJ° scotos, pro decima vero

tres scotos, cui de jure debebitur, et rec-
tori ecclesiae ibidem unam mensuram
siliginis et unam aveni solvere sint us-
triti. Insuper addimus ibidem pro
ecclesia duos mansos liberos et duos pro
pellenda grege seu pro via, quod vul-
gariter Scothnycza nuncupatur. Ad-
jungimus etiam scultheto praedicto et
suis successoribus legitimis de nostra
gratia speciali in omnibus silvis et
fluviis in omnibus fructibus nobis pro-
venientibus, quod vulgariter dicitur Gajo-
wne tertiam partem. Praeterea re-
movemus ibidem omnia Jura polo-
nica, quae ipsum Jus Theutonicum
perturbare consueverunt, absolvimus
scultetum dictae villae et successores
suos ac Kmethones ibidem ab omnibus
judiciis, jurisdictionibus omnium Pala-
norum, Castellanorum, Judicum, Sub-
judicum Regni nostri et officialium
ministerialium ipsorum. Itaque prae-

dictus Scultetus et successores sui coram ipsis vel eorum aliquo pro causis magnis aut parvis, puta furti, sanguinis, homicidii, membrorum mutilationis aut aliis quibuscumque causis citati minime respondebunt, sed tantum scultetus et successores sui coram nobis aut nostro Judice in Castro Cracoviensi, dum per nostram literam nostro sigillo sigillatam citati fuerint, tunc de se querulantibus suo Jure Theutunico Maydburgensi respondebunt, Kmethones vero coram scultelo villae praenotatae respondere tenebuntur suo Jure Theutunico. In causis autem criminalibus aut capitalibus magnis aut parvis superius expressis praedicto scultito et suis successoribus legitimis, judicandi, puniendi, sententiandi, condemnandi damus omnimodam potestatem, secundum

quod ipsum Jus Theutunicum postulat et requirit. Cuius data Regiae Maiestatis habetur ab annis Nativitatis Domini Millesimo trecentesimo lxiij, feria quinta proxima post dominicam Quasimodo geniti, Praesentibus hiis testibus domino Jaskone Cracoviensi, Johanne Woyniczijensi Castellanis, Boczetha procuratore generali de Wawrowycze, Andrea Subjudice Cracoviensi, Predborio haerede de Bressze, Andrea dicto Lathala et aliis quam pluribus fide dignis.

In cuius regalis donationis privilegii sigillum nostrum jussimus praesentibus fore appensum. Datum Cracoviae, feria sexta post festum Ascensionis Domini, Anno a nativitate Domini Millesimo quadringentesimo quadragesimo nono.

(Przywilej na pergaminie, z pieczęcią zawiesistą na taśmie pergaminowej, ciemnozieloną woskową w części ukruszoną. Pieczęć przedstawia tarczę herbową Połkozic. Dokoła napis małemi gotyckiemi literami: S. ioharnis de-czyschow c. crac. – Warchiwum Senatu Uniwersytetu Krak. Nr. 11347. – Na grzbiecie przywileju dopisano nowszem pismem: Jura ecclesiae S. Nicolai.)

1449 d. 5 Octobris.

Wenceslaus dux Oswanimensis jus ducale videlicet poradlne et krowne in villis Lanczany, Lowozowice, Zorzow, Radziessow et Wola vendit monasterio Tinecensi. – In Zator die dominico post festum S. Francisci conf. 1449.

Kętrzyński Codex Tyniec pag. 319 Nº 197. — Invent. B. 10.

Reichwald = Rychwald.

Privilegium hoc confirmant Kazimirus Wenceslaus, Zanussius, Wladislaus duces Silesiae et Zatorienses (filii Wenceslai) — In Zator 1470 die dominico in Cristinis Epiphaniae (d. 7 Januar.)

Kętrzyński Codex Tynieci. pag. 490 Nº 253. — Invent. B. 11.

Janussius dux Oswiecimensis Casimiro regi resignat ducatum Oswiecimensem. Anno 1451.

Treść w Inventarium Cracov. pag. 230
= i w Grünhagen II. pag. 593. Nº 20.

Johannes dux osvviecimensis altaris-
tae capellae in castro osvviecimensi
dotem assignat.

In Oswiecim anno 1451 die 27 mensis Julii.

In nomine Domini Amen. Ad memoriam rei sem-
piternam. Nos Joannes Dux Oswiecimensis sig-
nificamus tenore praesentium quibus expedit uni-
versis: Quod pro nostra nostrorumque ~~[illegible]~~
~~[illegible]~~ successorum et praedecessorum salu-
te cupientes divinum perpetuo adaugere cultum
in castro nostro Oswiecimensi in capella ibidem
ad honorem omnipotentis Dei et Gloriosae Virgi-
nis Mariae et Sanctorum Christopheri, Georgii
martyrum, sanctarumque virginum Barbarae vi-
delicet et Dorotheae erecta et consecrata, matura de-
liberatione et consilio desuper salubri habito in
valetudine corporis et mentis pro tunc existentes,
altare fundatum erectum et constructum ac de
certis perpetuisque redditibus octo marcarum

latorum grossorum numeri polonicalis, insuper carnificum, sutorum, pistorum macellis, exactionibus civitatis nostrae Osvecimensis, quae pertinent ad partem advocatiae nostrae pro eodem altari seu altaristae pro tunc existente aut sui vicesgerentibus per praedecessores nostros perpetuo assignatis et liberaliter donatis. Nos itaque volentes praedictum altare ampliare magis altaristae ac ministranti largas capensas in tabula sive in mensa cum capitaneo nostro pro tunc existente, si inquantum interim sibi cum capitaneo nostro circa mensum sedendi difficultas supervenerit: extunc dicto altaristae quod optimi ipsius altaristae relinquimus, dierum tale videlicet, qualibet septimana quatuor gallinas, quar tale unius bovis aut multonem, mediam sexagenam panis, medium octuale cerevisiae, et quolibet die jejunii vel quadragesimali pro uno grosso piscis, lacticiniis vero diebus duo decem ova, unum caseum et alia pulmenta. Insuper cameram vicinam eidem capellae pro habitatione sua assignamus, damus et perpetuo donamus, literasque nostras sive privilegium olim per nostrum patrem praeclarum (prem (pclarum) Casimirien Dei gratia Ducem Osvecimensem super praedicto censu datam et datum sigillique ipsius subappenso consignatum ac per reverendum in Christo patrem et dominum dominum Albertum olim episcopum cracoviensem incorporatum et

ratificatum ratificamus et approbamus confirmamus: que et ad praemissa exequenda nos et nostros successo: res in perpetuum obligamus et obligare volumus, Ipsos nihilominus si in eisdem remissi et negligentes fo: rent, aut etiam capitaneus pro tempore existens vel ipsius vicesgerens negligens foret, ut praemissa debita exequantur Judicio spirituali perpetuo vo: lumus subjacere, Harum quibus sigillum nostrum praesentibus est appensum. Actum et datum in Os: wiecim feria tertia post Jacobi apostoli gloriosi, An: no Domini Millesimo Quadringentesimo quinquage: simo primo, Praesentibus honorabilibus nobilibusque viris Jacobo Bacen. plebano in ibidem, Joanne Lec: tore missarum capellae ejusdem, Gotthardo capitaneo nostro in Oswiecim et Procopiade Brzoza et Nota: rio Nicolao Zegota qui habuerunt praesentia in com: missis.

(Ex confirmatione Sigismundi III dat. Cracoviae d. 8 Martii 1607 ubi legitur privilegium originale in pergameno cum sigillo extare, capellam vero in ecclesia parochiali Oswiecimen fuisse. oblatum ad acta castr. crac. per venerabilem Gregorium Krolikowski fer. 2a post Dominic. Cantate 1619 Libr. Relat. castri Cracov. Tom. 45)

Janussius Dux Oswiecimensis cum nonnullis nobilibus Poloniae de dedendo castro Oswiecimensi et de homagio Casimiro Poloniae Regi praestando

transigit.

Cracoviae, Anno 1453, die 25 mensis Januarii.

Nos Janussius Dei gratia Dux et dominus Oswancziniensis, significamus tenore praesentium quibus expedit universis praesentibus et futuris et publice profitemur: quod licet pridem nos pravis consiliis et persuasionibus seducti contra Serenissimum Principem dominum Kazimirum Dei gratia Regem Poloniae dominum nostrum gratiosissimum, suumque Regnum Poloniae anno transacto, nulla iniuria aut offensa per Suam Serenitatem aut suos lacessiti, ipsiusque domini Regis et Regni subditos igne, spoliis, vastatione et captivitate, caeterisque offensionum generibus laesissemus, non foedera pacis perpetuae cum Regno Poloniae dudum firmata attendentes, non Regiam Maiestatem, quam semper nobis habuimus benevolam et propitiam reveriti, non pestis tunc validae populum vexante, non absentiae Regiae Maiestatis deferendo

arma movissemus et dampna gravia intulissemus:
Volentes igitur haec omnia per nos patrata in melius
convertere et cum ipso domino Kazimiro Rege et Coro=
na Poloniae pacem violatam reintegrare, propria in
persona Cracoviam ad magnificos et nobiles dominos
Johannem de Czyszow castellanum et capitaneum,
Johannem de Thanczin palatinum Cracovienses, Nico=
laum de Brzezie Regni Poloniae marschalcum, Johan=
nem de Bobrek castellanum Beczensem, Petrum
Schaffraniecz succamerarium Cracoviensem, Johannem
de Szczekocziny capitaneum Lublinensem et Nicolaum
Pienianszek de Withow procuratorem generalem
Cracoviensem descendimus, super his differentiis, guer=
ris et dampnis compositurі, cum quibus tale prout
sequitur, invenimus et conclusimus tenoreque praesen=
tium facimus et concludimus foedus et pacem. In=
primis autem ut nostrae benevolentiae maior possit
dignosci effectus, libere et sponte, non per errorem
aut improvide, sed de certa nostra et nostrorum con=
siliariorum scientia, deliberatione, consilio et assen=
su, castrum nostrum Osswanczym, quod hactenus per
gentes ipsius domini Regis et Regni vallatum est, ipsi
domino Kazimiro Regi et Coronae Poloniae cum omni
et pleno Ducatu, proprietate et dominio mero et mixto
Ducatus Oswanczymensis nihil pro nobis excipiendo, in
manus et potestatem magnifici Johannis de Czyszow cas=

tellani et capitanei Cracoviensis dominico die proxime venturo dabimus et resignabimus et de illo omni cessante contradictione et impedimento, sub fide et honore, absque dolo et fraude tenore praesentium nos cedere astringimus et obligamus, et cessione huiusmodi facta castri et terrae praedictis ad praesentiam domini Regis in Lithvaniam nos conferemus, et culpa nostra publice recognita, gratiam et veniam regiam supplici- ter petituri, quam si nobis Sua Serenitas de clementia sua concedere dignabitur, extunc nos praesentibus promittimus, spondemus et obligamus, quod ex nunc et in antea et perpetuis temporibus cum omni Ducatu et dominio nostro et cum omni terra nostra Oswancaymensi, omnibusque subditis et terrigenis nostris, ipsius domini Regis et Coronae Poloniae vasallus, subditus, feudalis et omagialis perpetuus esse debebimus. Et ipsi domino Kazimiro Regi et Coronae Poloniae cum omnibus terrigenis nostris, pro die et loco per Suam Serenitatem constituendo, omagium publicum et solempne praestabimus et debitae subiectionis et obedientiae iuramentum per literas nostras patentes nos et successores nostros obligabimus, servire pure et simpliciter domino Regi et Coronae Poloniae, nec unquam illos deserere in prosperis aut adversis, sed illis semper suffragare, assistere contra quamlibet ecclesiasticam aut saecularem personam.

Licebitque praeterea ipsi domino Kazimiro Regi et Coronae Poloniae castrum et terram nostram Oswanczymensem a nobis parata pecunia aut aliquibus bonis aequivalentibus redimere et pro se et pro Corona Poloniae in perpetuum retinere. Si vero aliquo casu dominus Kazimirus Rex praefatus non dignabitur culpam nostram nobis remittere et gratiam suam impertiri, et nos ad omagium et servitutem huiusmodi susipere recusaverit: extunc castri Oswanczym possessio debet nobis plene reddi et restitui, solutis tamen per nos perprius sexingentis Florenis Hungaricalibus veri et iusti ponderis effectualiter nobis per ipsum dominum Regem mutuatis, et quingentis Florenis similiter Hungaricalibus pro stipendiariis regiis expositis, nec perprius etiam ubi gratiam regiam invenerimus et omagium Suae Serenitati et Regno fecerimus ipsius castri et terrae Oswanczimensis resignationem repetere et requirere volumus et debebimus, nisi perprius ipsi sexingenti Floreni mutuati et quingenti Floreni pro stipendiariis regiis expositi, per nos effectualiter reddti et persoluti et in praetorio Cracoviensi apud Consules repositi fuerint. Solutione tamen huiusmodi per nos facta et castro Oswanczym nobis reddito treugae pacis christianae inter dominum Regem et Regnum

Poloniae, subditosque quoslibet suos ab una, et nos, Ducatum et dominia et quoslibet subditos nostros partibus ab altera, a die cessionis et resignationis nobis fiendae ad quindecim dies debent pervenire; quibus quidem diebus lapsis, licebit domino Regi et Coronae Poloniae iniurias et dampna sua per nos Regno et subditis suis illata, in nobis ulcisci et repetere, omnibus viis, modis, beneplacitis et opportunis; hoc etiam specialiter expresso: quod si ipsius domini Regis gratiam invenire non potuerimus, et castrum ipsum nostrum Oswanczigm de manibus magnifici domini Johannis de Czyczow castellani et capitanei Cracoviensis ante festum Sancti Kyliani redimere in summa superius expressa voluerimus, tenebimur praefatum dominum castellanum Cracoviensem ante redemptionem quatuor septimanis avisare et nonnisi a die avisationis post elapsum quatuor septimanarum spatium, facta tamen perprius solutione, castrum ipsum nobis viceversa tenebitur resignare. Item circa castri praefati Oswanczimensis regimen et gubernationem ea specialiter debet observari conditio et cautela, quod omnes introitus, proventus et redditus ad illud ea antiquo quomodolibet pertinentes, ad eius conservationem,

aedificationem vel reformationem per tenutarium eius debent exigi, converti et requiri, et terrigenae, nobiles et subditi Oswanczimenses in suis consuetudinibus, iuribus et statutis, libertatibus et muniments per tenutarium et eius officiales, prout per nos servabantur, debent observari. Si vero aliquae ampliores impensae ultra redditus quos nos exigere soliti eramus, pro castro praefato expositae et factae fuerint, ad illarum solutionem nos nullatenus debemus stringi aut impelli, sed castri praefati nobis debet fieri cessio et resignatio sexingentorum mutuatorum florenorum pro stipendiariis regalibus ex positorum prius per nos factis et solutis. Quam quidem solutionem mille et centum florenorum et omagium publicum et solempne praestare et omnia superius descripta adimplere infra hinc et festum Sancti Kyliani Hilarii facere tenebimur et debemus. Si vero die Sancti Kyliani Hilarii elapso, solutionem mille centum florenorum solvere et omagium solempne ~~praestare et omnia superius descripta adimplere infra hinc et festum Sancti Hilarii~~ domino Regi et Coronae et omnia superius descripta facere neglexerimus, prout nos praesentibus astrinximus et obligavimus: extunc dominus Kazimirus Rex et Corona castrum et terram Oswanczymensem in mille centum florenis taliter ut praefertur, nobis mutuatis et pro sti-

pendiariis expositis et in dampnis sibi et Regno per nos irrogatis, in quibus arbitri ex utraque parte locandi nos condempnaverunt, tenebit, obtinebit et possidebit, nec prius ad castri et terrae Oswanczymensis restitutionem nobis tenebitur, donec mille centum floreni et dampna per arbitros communes decernenda ipsi domino Regi ad plenum per nos fuerint persoluta. Verum si gratiam regiam obtinere et omagium fidelitatis nos Suae Serenitati et Regno Poloniae praestare continget: et: eatunc ab omnibus dampnis Regno illatis censebimus liberi et absoluti. Solutionem tamen plenam facere mille centum florenorum mutuatorum et prostipendiariis expositorum tenebimur, si castri et terrae Oswanczymensis voluerimus post omagium impensum habere restitutionem. Si vero medio tempore nos rebus humanis destitui et eximi contingat: eatunc in omnia praemissa subeunda, ferenda et adimplenda, quae nos ipsi facere debebamus, germanum nostrum illustrem Principem, dominum Wenceslaum Ducem Latoriensem et Oswanczimensem constituimus, deputamus consignamus et demonstramus ipsius Ducatus Oswanczimensis nostri haeredem unicum et successorem. In fidem et testimonium evidentius omnium praemissorum sigillo nostro ducali iussimus communiri. Acta et data Cracoviae, feria quinta ipso die Conversionis

beati Pauli Apostoli, Anno Domini Millesimo Quadringentesimo quinquagesimo tertio. Praesentibus praeclaro Principe domino Wenceslao Duce Zathoriensi et Oswanczimensi, nec non nobilibus dominis Nicolao Ruczsky, Nicolao dicto Czelo de Czechowicze, Gothardo de Przeczyschin Terrae Oswanczimensis iudice, Johanne de Boyschow et Nicolao Miskowsky de Przeczyczow testibus ad praemissa.

(Oryginał na pergaminie, przy którym wisiała pieczęć woskowa na sznurku ciemno-różowym jedwabnym, znajdował się d. 22 Lipca 1785 w Archivum Koronnem. – Kopia w Tekach Naruszewicza, Tom XVIII, Nr. 115.)

Treść w Inventarium Cracov. pag. 230. – i w Grünhagen II. pag. 593. No 21.

Oryginał w Zbiorach Władysława Księcia Czartoryskiego w Krakowie, na pergaminie z pieczęcią woskową na sznurku ciemno-różowym. Pieczęć przedstawia orła w herbie z napisem: S. Johāis. di. gra. ducz. oswanczimesis – druk w Grunhagen II. pag. 594 No 22.

(mylnie – powinno być 1457)

1453 (feria 4ta ? Cinerum. Cracoviae. –
Janusz Książe oświecimski sprzedaje
swe Księstwo Królowi Kazmierzowi
za 8000 czerw. zł. węg. (Przywilej w
Kapitule Krakowskiej.)

Lętowski Katal. t. I str. 418.
umieścił rok mylny

Serya II.

O NAS SAMYCH

Premislaus Dux Oswiecimensis et Tostensis indicias pacis cum Casimiro Rege Poloniae init.

In Tosth, Anno 1453, die 7 mensis Martii.

Premislaus Dei gratia Slesiae Dux Oswiecimensis et Toscensis etc. significamus tenore praesentium quibus expedit universis: quomodo ea cogitantes, quae sunt pacis et non afflictionis, cupientes guerrarum et litigium sedare disturbia et sanguinis profluvia evitare, displicentiasque et odia, quae inter nos ac subditos nostros Ducatus ac dominia nostra et quoscunque spirituales seu saeculares status existant, nobis adhaerentes parte ex una, et Serenissimum Principem ducem Kasimirum Regem Poloniae, Magnumque Ducem Lithuaniae etc. omnibusque cum subditis, terris, dominiis eius Serenitatis Ducatibusque Severiensis, Oswiecimensis et Zathoriensis, ac eorum Ducatuum cum subditis partibus ab altera exortas, potius per viam amicabilis concordiae a data praesentium usque ad festum Sancti Jacobi inclusive proxime venturum treugas pacis cum conditionibus inferius descriptis

per nos et subditos nostros simaniter (?) et inviolabi=
liter observandis, omni dolo et fraude semotis inimus
et firmamus, tenoreque inimus et firmamus. Impri=
mis quod durantibus huiusmodi treugis pacis, tene=
bitur nos praefatus dominus Rex literis propriis avi=
sare certum diem assignando, qui nonnisi sex septima=
nis ante huiusmodi diem avisati tenebimur descende=
re, aut cum pleno mandato et potestate mittere in
granicias Regni Poloniae ac Terrae Slesiae iuxta
consuetudinem ex antiquo inter oppida Bewton
et Bandzyn a nobis et nostris subditis querulanti=
bus coram arbitris per utramque partem quatuor elec=
tis et locatis domino Regi ac ipsius subditis iustifi=
cari ac respondere parimodo ex parte domini Regis
ac eius subditis nobis ac nostris omnibus subditis
de obiectis iustitiae complementum coram eisdem ar=
bitris ministrari ac adimpleri debet et tenebitur, et
quicquid ipsi arbitri decreverint et sententiaverint,
tenebimur suscipere et approbare ac firmiter et invio=
labiliter sub poena per eosdem arbitros vallanda.
Item a data praesentium usque ad festum Sancti Geor=
gii omnes ab utraque parte captivi, quibus fides non
adhibetur, ad cautionem fideiussoriam debent dari et
exponi, pristinaeque dari libertati: qui quidem capti=
vi tenebuntur in huiusmodi termino nobis statuto
se statuere et in loco eis deputato repraesentare, pro

quibus captivis quicquid ipsi arbitri dictaverint, te-
nebimur suscipere et approbare. Item quod duranti-
bus huiusmodi treugis mercatores et alii cuiuscun-
que status et conditionis ipsius domini Regis, totae-
quae Coronae ac Ducatuum supraexpressorum ho-
mines fuerint, liberum ac securum cum rebus ac
meroibus habebunt transitum salvis oneribus
et theloneorum solutionibus ab antiquo solvi con-
suetis. Item promittimus, quod spoliatoribus, alis-
que maleficiis ad nocendum domino Regi ac Coronae,
Ducatibusque supranominatis, iter et ingressum
praecludemus, nec eos quomodo ad nocendum admit-
temus iuxta facultatem ac posse nostrum, at si
clandestine aliqui sint spoliatores ad vastan-
dum Regnum ac Ducatus ingressi fuerint et per
gentes domini Regis ac eius officialibus insecti et
fugati, in Ducatu ac dominiis nostris fuerint, ca-
pitaneique officiales locorum per ipsum dominum
Regem aut suos requisiti tenebimur eis dare subsi-
dia et auxilia ad detentionem et comprehensionem ip-
sorum furum et latronum per terram ac dominia
nostra, qui si comprehensi fuerint, iuxta iura et le-
ges puniantur; si vero capi non potuerint, convicti
iure suo cogantur ad restitutionem omnium ablatorum.
Item promittimus, quod si durantibus treugis pacis

praedictis praefatum dominum Regem cum aliquo extraneo bellum aut guerram agi contingat, praefati domini Regis hostibus nulla consilia, subsidia aut auxilia publice aut occulte dabimus aut impendemus. Datum Tossek, feria quarta ~~ante~~ post dominicam Oculi, Anno Domini Millesimo Quadringentesimo quinquagesimo tertio; nostro proprio sub sigillo ducali.

(Oryginał pergaminowy, z pieczęcią woskową wiszącą na zawiasce pergaminowej, był d. 8 Sierpnia 1785 w Archiwum Koronnem. — Kopia w Tekach Naruszewicza Tom XVIII, Nr. 119.)

Janussius Dux Oswiecimensis recognoscit se mutuo a Casimiro Rege Poloniae 100 florenos Hungaricales super castrum Oswiecimense accepisse.

Cracoviae, Anno 1453 die 10 mensis Maii.

Nos Janussius Dei gratia Dux Osswiecimensis recognoscimus tenore praesentium quibus expedit universis, a Serenissimo Principe domino Kazimiro Dei gratia Rege Poloniae, Magno Duce Lithuaniae, Russiae etc domino gratioso nostro, centum florenos Hungaricales ponderis veri et iusti de camera recepisse in mutuum super castrum Oswancimense nostrum et bona nostra ad ipsum castrum pertinentia quomodolibet et spectantia, et eosdem florenos centum de manibus venerabilis Luthconis de Thocari ipsius Serenissimi domini Regis vicethesaurarii percepimus et levavimus in effectu. Quos quidem florenos Hungaricales centum una cum pecunia prius ante a praefato domino Rege

recepta, per nos super nostrum castrum et bona Oswiecimensia praedicta, et de qua inscriptiones nostro sigillo sigillatas obtinet, iam de facto ad terminum et diem in praenominatis nostris prioribus inscriptionibus conscripta solvere promittimus fide bona, hoc expresso, quod memoratus dominus Rex Poloniae et capitanei Suae Serenitatis existentes in Oswanczym pro tempore, non debebunt nobis dictum nostrum castrum Oswanczimense et cum bonis pertinentibus ad illud, resignare, quousque ipsi domino Regi Poloniae centum florenos Hungaricales praefatos cum pecunia principali secundum tenorem inscriptionis ad plenum exolvemus. Actum et datum Cracoviae, feria quinta solennitatis Ascensionis Domini, Anno eiusdem Millesimo quadringentesimo quadragesimo (quinquagesimo) tertio, Sigillo nostro in fidem praemissorum praesentibus subappenso.

(Oryginał pergaminowy z pieczęcią woskową na zawiasce pergaminowej był dnia 27 Lipca 1785 w Archiwum Koronnem. – Kopia w Tekach Naruszewicza Tom XVIII, Nr. 124.)
– Treść w Inventarium Cracov. pag. 230.

Janussius Dux Oswiecimensis promittit Casimi=
ro Regi Poloniae castrum Oswiecim reddere et homa=
gium solenne cum omnibus terrigenis facere.

In Parczow, Anno 1453 die 7 mensis Junii.

Nos Janussius Dei gratia Dux et haeres et dominus
Oswiecimensis significamus tenore praesentium qui=
bus expedit universis praesentibus et futuris et publice
profitemur: quod licet pridem nos pravis consiliis
et persuasionibus seducti contra Serenissimum Prin=
cipem Dominum Kazimirum Dei gratia Regem Polo=
niae anno transacto nulla iniuria aut offensa per
Suam Serenitatem aut suos lacessiti, ipsiusque do=
mini Regis et Regni subditos igne, spoliis, vasta=
tione et captivitate, caeterisque offensionum gene=
ribus laesissemus, non foedera pacis perpetuae
cum Regno Poloniae dudum firmata, non Regiam Ma=
iestatem, quam nobis semper habuimus benevolam
et propitiam attendentes et reveriti; non peste tunc
valide populum vexante, non absentiae Regiae

Maiestati deferendo, arma movissemus: pacem vio-
latam reintegrare volentes, propria in persona Cra-
coviam ad magnificos et nobiles, Johannem de Czizow
castellanum et capitaneum, Johannem de Thanczin
palatinum Cracovienses, Nicolaum de Brzeze Regni
Poloniae marschalcum, Johannem de Bobrek castel-
lanum Bziecensem, Petrum Schaffranjecz succamerari-
um Cracoviensem, Johannem de Szczekocziny capita-
neum Lublinensem et Nicolaum Pyenjazek de Wi-
thowicze procuratorem Cracoviensem generalem des-
cendimus, super his differentiis, guerris et dampnis
composituri; cum quibus tale prout sequitur inivi-
mus et concludimus tenore praesentium facimus et
concludimus foedus et pacem. Imprimis autem ut
nostrae benevolentiae maior possit dinosci effectus,
libere et sponte, non per errorem aut improvide, sed
de certa nostra et nostrorum consiliariorum scientia,
deliberatione, consilio et assensu, castrum nostrum
Oswiaczim, quod hactenus per gentes ipsius domini
Regis et Regni vallatum est, ipsi domino Kazimi-
ro Regi et Coronae Poloniae cum omni et pleno
Ducatu, proprietate et dominio mero et mixto Duca-
tus Osswiaczimensis in manus et potestatem magni-
fici domini Johannis de Czizow castellani et capita-
nei Cracoviensis dominico die proxime venturo dabimus

et resignabimus et de illo, omni cessante contradictio=
ne et impedimento, sub fide et honore, absque dolo et
fraude, tenore praesentium nos cedere astringimus et
obligamus, et cessione huiusmodi facta, castri et Terrae
praedictorum ad praesentiam domini Regis in Lithua=
niam nos conferemus, et culpa nostra publice recognita,
gratiam et veniam supliciter petituri: quam si nobis
Sua Serenitas de clementia sua concedere dignabitur,
extunc nos praesentibus promittimus, spondemus et
obligamus quod ex nunc et in antea ac perpetuis tem=
poribus cum omni Ducatu ac dominio nostro et cum
omni terra Osswiaczimensi, omnibusque subditis et
terrigenis nostris ipsius domini Regis et Coronae
Poloniae vasallus, subditus feudalis et omagia=
lis perpetuus esse debemus, et ipsi Kazimiro Regi
et Coronae Poloniae cum omnibus terrigenis nostris
pro die et loco per Suam Serenitatem constituendo
omagium publicum et solenne praestabimus et de=
bitae subiectionis et obedientiae iuramentum, per li=
teras nostras patentes nos et successores nostros
obligabimus secure, pure et simpliciter domino Regi
et Poloniae Coronae nequnquam illos deserere in
prosperis aut adversis, sed illis semper suffragari
et assistere contra quamlibet ecclesiasticam aut sae=
cularem personam. Licebit praeterea ipsi domino Ka=
zimiro Regi et Coronae Poloniae castrum et Terram

nostram Osswiacimensem a nobis parata pecunia, aut ali-
quibus bonis aequivalentibus redimere et pro se aut pro
Corona Poloniae in perpetuum obtinere. Si vero aliquo
casu dominus Kazimirus Rex praefatus non digna-
bitur culpam nostram nobis remittere et gratiam su-
am impartiri et nos ad omagium et huiusmodi servi-
tutem suscipere recusaverit: extunc castri Osswiacimen-
sis possessio debet nobis plene reddi et restitui; solutis
tamen per nos perprius Mille et octingentis florenis
hungaricalibus veri et iusti ponderis effectualiter ipsi
domino Regi et Coronae Poloniae, quorum partem Sua
Serenitas mutuo dedit et partem pro stipendiariis Suae
Serenitatis Regiis exposuit, nec perprius etiam ubi Do-
mini Regiam gratiam invenerimus, aut Serenitati
Suae et Regno omagium praestabimus, ipsius castri
et Terrae Osswiancimensis resignationem repetere et
requirere volumus et debemus, nisi perprius praefa-
to domino Regi et Coronae Regni Poloniae Mille
et octingentos florenos hungaricales praedictos no-
bis mutuatos et pro stipendiariis Regiis expositos,
effectualiter solverimus et in praetorio Cracovien-
si apud Consules solutos reposuerimus. Solutione
tamen huiusmodi per nos facta et castro Osswiaci-
mensi nobis reddito, treugae pacis christianicae inter
dominum Regem et Regnum Poloniae, subditosque suos
quoslibet ab una, et nos, Ducatum et dominia et quoslibet

subditos nostros partibus ab altera, a die cessionis et resignationis nobis fiendae, ad quindecem dies debent perdurare; quibus quindecim diebus lapsis, licebit domino Regi et Coronae Poloniae iniurias et damna sua per nos Regno et subditis Suae Serenitatis illata, in ~~omnibus~~ nobis ulcisci et repetere, omnibus viis, modis, beneplacitis et opportunis; hoc specialiter expresso, quodsi domini Regis gratiam non invenerimus et omagium infra hinc ad festum Assumptionis Beatae Mariae Virginis proxime futurum non fecerimus, castrumque ipsum Oswiaczim de manibus generosi domini Johannis Kuropathwae de Laczuchow succamerarii Lublinensis, qui ipsum voluntate regia et nostro assensu in tenutam de manibus praefati magnifici domini Johannis de Czizow castellani et capitanei Cracoviensis iam habet, non repetemus, nisi perprius illum quatuor septimanis ante requiremus et a die ~~accu~~ vi sationis lapsis quatuor septimanis, de illo nobis tenebitur condescendere et cedere, facta tamen, ut est expressum, solutione Mille octingentorum florenorum Hungaricalium. Item circa castri praefati Osswiaczim regimen et gubernationem specialiter debet observari haec conditio et cautela: quod omnes introitus, ~~et~~ proventus et redditus ad illud ex antiquo quomodolibet pertinentes, ad eius conservationem

edificationem vel refectionem per tenutarium eius de-
bent exigi, converti et requiri et terrigenae, nobiles
et subditi Oswiacimenses in suis iuribus, consuetu-
dinibus et statutis per tenutarium et eius officiales
omnes, prout per nos servabantur debent observari. Si
vero aliquae ampliores impensae ultra redditus, quos
nos exigere soliti eramus, pro castro praefato exposi-
tae et factae fuerint, ad illorum solutionem nos mi-
latenus debemus stringi aut impelli, sed castri prae-
fati nobis debet fieri cessio et resignatio Mille et
octingentorum florenorum Hungaricalium pars eo-
rum nobis mutuatorum et pars pro stipendiis re-
galibus expositorum, perprius per nos factorum
et solutorum, quam quidem solutionem Mille et
octingentorum florenorum et omagium publicum
et solenne praestare, et omnia superius scripta
adimplere infra hinc ad festum Assumptionis Bea-
tae Mariae complere tenebimur et debebimus. Si ve-
ro die festi Assumptionis Beatae Mariae praedicta
solutionem Mille octingentorum florenorum hun-
garicalium, omagium solenne domino Regi et Co-
ronae et omnia superius descripta facere neglexe-
rimus, prout nos praesentibus astringimus et obli-
gamus: extunc Kazimirus Rex et Corona castrum
et Terram Oswiacimensem in Mille octingentis flo-

renis taliter ut praefertur, nobis mutuatis et pro stipendiariis expositis et in dampnis sibi et Regno per nos irrogatis, in quibus arbitri ex utraque parte locandi nos condempnaverint, obtinebit, tenebit et possidebit, nec prius ad castri et Terrae Osswiaczimensis restitutionem nobis tenebitur, donec Mille octingenti floreni et dampna per arbitros communes decernenda, ipsi domino Regi per nos ad plenum fuerint persoluta. Si vero medio tempore nos de hac luce migrare contingat: extunc in omnibus praemissis subeunda, ferenda et adimplenda, quae nos ipsis facile praesenti obligatione astricti debemus et tenemur germanum nostrum illustrem Principem dominum Wenceslaum Ducem Zathoriensem et Oswiacimensem constituimus, deputamus, consignamus et demonstramus ipsius Ducatus Oswiacimensis haeredem unicum et successorem. Harum quibus sigillum nostrum est subappensum testimonio literarum. Datum in conventione generali Parczoviensi scilicet feria quinta in Octava Corporis Christi, Anno Nativitatis eiusdem Millesimo quadringentesimo quinquagesimo tertio.

(Oryginał pergaminowy z pieczęcią woskową wiszącą na zawiaskach pergaminowych, był d. 29 lipca 1785 w Archiwum Koronnem. – Kopia w Tekach Naruszewicza Tom XVIII, Nr. 126.)

w Zbiorach Władysława Księcia Czartoryskiego)

Oryginalna perganinie z pieczęcią woskową wiszącą na zawiasce pergaminowej. Pieczęć przedstawia w herbie orła z napisem: S. iohāis. di. gra. duc. oswancime: sis. — druk w Grünhagen II pag. 594. Nº 22 (Varianten)

Casimirus Rex Poloniae Janussium Ducem Osvviecimensem in gratiam recipit atque conditiones pacis per eum cum proceribus Poloniae initae confirmat.

In Parczow, Anno 1453 die 7 mensis Junii.

Kazimirus Dei gratia Rex Poloniae et Magnus Dux Lithuaniae ac haeres Russiae etc. significamus tenore praesentium quibus expedit universis praesentibus et futuris: quod licet nonnullis et non levibus iniuriis inducti, contra praeclarum Janussium Ducem Osvvanczimensem fratrem nostrum dilectum, suum Ducatum et dominia aliqua fecimus offensiva, Anno transacto etiam foedera pacis perpetuae cum Ducatu et dominiis suae firmitatis firmata, non attendendo, et adhuc plura facere per nos et nostros voluimus, si nos utrinque facta compositio non restituisset suae firmitati in gratiam; unde volentes iam pacem reintegrare, Cracoviae collocavimus et deputavimus magnificos et nobiles Regni nostri

consiliarios Johannem de Czyszow castellanum et ca-
pitaneum, Johannem de Thanczin palatinum Craco-
viensem, Nicolaum de Brzezye Marschalcum, Johan-
nem de Bobrek castellanum Beczensem, Petrum
Schaffranjecz succamerarium Cracoviensem, Johan-
nem de Szczekoczini capitaneum Lublinensem et Ni-
colaum Lyenyaschek de Wythowicze procuratorem
generalem Cracoviensem cum praefato Fratre nostro
praeclaro Janussio Duce Osswanczimensi super
differentiis, dannis et offensis nobis et Regno
nostro per Suam Serenitatem illatis componendi
et concludendi. Cum eius Serenitate tale initum
est et conclusum (prout requiritur ac tenore praesentium facimus et concludimus)
foedus et pacem. Inprimis ita-
que ut Nostrae Celsitudinis ad gratiam possit dino-
sci maior progressus, de nostrorum consiliariorum
scientia in praesenti Conventione generali congre-
gatorum, castrum praeclari domini Ducis Janus-
sii praedicti dictum Osswanczim, quod per gentes
nostras potenter vallatum fuit et pro libito nostro
seu capi seu dirui penitus potuit, illaesum recipi
pro nobis fecimus et in manus generosi Johannis
Curopathwe de Laczuchow succamerarii lublinen-
sis fidelis nostri dilecti resignare iussimus ma-
xime pro eo, quia ipse praeclarus Janussius Dux
Osswanczimensis ad Celsitudinem nostram Lithuaniam

veniens, culpa sua publice recognita, gratiam et veniam sup-
pliciter petivit, seque spopondit et obligavit eamque et in
antea temporibus perpetuis cum omni Ducatu et domi-
nio suis et cum omni Terra Osswanczimensi omnibus etiam
subditis et terrigenis suis nostrae Celsitudinis et Coro-
nae Poloniae vasallus subditus feodalis et omagialis
esse perpetuus, nobisque et Coronae Poloniae cum omni-
bus terrigenis suis infra hinc ad festum Assumptionis
Beatae Mariae Virginis gloriosae proxime affutu-
rum pro die et loco per nos sibi constituendo oma-
gium publicum et solenne praestare et debitae sub-
iectionis et obedientiae iuramentum per literas suas
patentes se et successores suos obligare ad serviendum
pure et simpliciter Celsitudini nostrae et Coronae
Poloniae, prout latius literis suis id faciendum
nobis inscripsit. Quem dominum Joannem Ducem
Osswanczimensem diem et locum ad praestandum
per eum nobis et Regno Poloniae omagium et obe-
dientiae iuramentum sibi deputando in omagialem
nostrum et Coronae Poloniae suscipere promisimus,
et tenore praesentium promittimus: ubi vi avisa-
tus per nos venerit et omagium ac obedientiae iura-
mentum per ipsum, more circa talia fieri consueto et
prout se inscripsit nostrae Celsitudini et Coronae Po-
loniae fecerit, ipsum regulare, moderare et in articulos

ponere volumus et debebimus. Praeterea si nobis et
Regno nostro Poloniae videbitur accomodare praefa-
tum castrum et terram Ossvanczimensem pro regno
incorporare et ascribere, extunc volumus et tenemur
ab ipso domino Jannusio Duce Ossvanczimensi fratre
nostro dilecto aut parata pecunia aut aequivalenti-
bus bonis haec ipsa redimere vicque et non alio mo-
do pro nobis et Corona Regni Poloniae in perpetuum
obtinere. Si vero aliquo casu admoniti seu perducti
omagium vel servitutis obedientiam ipse praeclarus
dominus Jannusius Dux Ossvanczimensis nobis
infra tempus praefatum avisatus non praestiterit, vel
nos ipsum in plenam gratiam et in omagialem susci-
pere noluerimus: extunc castri et Terrae Ossvancai-
mensis possessionem facimus sibi plene reddere
et restituere, receptis tamen ab eo mille et octingentis
florenis hungaricalibus veri et iusti ponderis, quos
etiam soluturum se inscripsit ipso facto, quorum par-
tem sibi mutuo dedimus et partem pro stipendiariis
nostris exposuimus; nec tamen perprius etiam ubi
nostrae gratiae plene restitueretur et omagium
Regno praestaret, ipsius castri et Terrae Ossvanczimen-
sis resignationem ipsi domino Duci Jannusio dare de-
bebimus, nisi prius nobis et Coronae nostrae Poloniae
praefatam summam florenorum Hungaricalium Mille

videlicet et octingentorum persolverit et in praetorio Cra=
coviensi apud Consules reposuerit. Qua solutione habita
et recepta et castro ac terra Osswancimensi redditis,
ipsi domino Duci Janussio treugae pacis christiani=
cae inter nos et Regnum Poloniae, subditosque nostros
ab una et ipsum dominum Janussium Ducem Osswan=
cimensem Ducatum, dominia et quoslibet subditos ip=
sius partibus ab altera, a die resignationis et cessio=
nis sibi fiendae ad quindecem dies debent perdurare:
quibus quindecem diebus elapsis licebit nostrae Cel=
situdini iniurias et damna illata in praefato prae=
claro domino Janussio Duce Osswancimensi ulcis=
ci et repetere omnibus iis modis beneplacitis et oppor=
tunis; hoc etiam specialiter expresso, quod in quantum
regiam nostram gratiam plene non invenerit et
omagium infra hinc ad festum Assumptionis Beatae
Mariae Virginis proxime futurum non fecerit, cast=
rum tamen et terram Osswancim de manibus prae=
dicti generosi Johannis Curopathae de Lanczchow
aliter repetere non debet, nisi prius illum quatuor
septimanis ante requisierit, et a die avisationis lap=
sis quatuor septimanis, de illis videlicet castro et ter=
ra Osswancimensi debet fieri sibi cessio et condescen=
sio, recepta nihilominus prius, ut est expressum, a eo
Mille et octingentorum florenorum plena solutione.

Item circa castri praefati regimen et gubernationem specialiter debent observari haec conditio et cautela: quod videlicet omnis introitus, proventus et redditus ad illud ex antiquo pertinentes, ad eius conservationem, aedificationem vel etiam refectionem per tenutarium nostrum debent exigi, converti et requiri, et terrigenas subditos Ossvancinenses in eorum iuribus, consuetudinibus et statutis per ipsum tenutarium nostrum ac eius officiales, prout per ipsum Dicem dominum Jannosium servabantur, faciemus observari. Si vero aliquas ampliores impensas ultra redditus, quos sua Serenitas exigere solita erat, pro castro praefato expositae ac factae fuerint per tenutarium nostrum, ad illorum solutionem nullatenus debemus stringere aut impellere dictum fratrem nostrum, sed simpliciter castri praefati Ossvancin cessio et resignatio sibi fieri debet Mille et octingentorum florenorum recepta abed prius solutione. Quam quidem Mille et octingentorum florenorum solutionem et omagium publicum solenneque praestare et omnia, ut in sua inscriptione ac obligatione continentur, implere infra hinc ad festum Assumptionis Beatae Mariae Virginis proxime venturum de die et loco per nostram Celsitudinem avisatus debet et tenetur. Si

vero die festi Assumptionis Beatae Mariae Virginis
elapso solutionem Mille et octingentorum florenorum
nobis et Coronae Regni nostri Poloniae et omagi-
um solenne, prout se inscripsit, latius praestare
neglexerit: extunc nos et Corona Poloniae castrum
et Terram Osvanczimensem in praefatis Mille et
octingentis florenis Hungaricalibus, ut praefertur,
suae Serenitati in parte mutatis et in parte pro sti-
pendiariis expositis, etiam et in damnis nobis et Reg-
no per eum irrogatis, in quibus arbitri ex utraque
parte locandi ipsum dominum Ducem Jamussium
condemnaverint, obtinebimus, tenebimus et possidebi-
mus, nec prius ad castri et terrae Osvanczimensis
restitutionem sibi volumus teneri, donec Mille et
octingentorum florenorum et damna per arbitros
communes decernenda nobis et Coronae nostrae
Poloniae ad plenum fuerint persoluta. Si vero me-
dio tempore ipsum fratrem nostrum dominum Du-
cem Jamussium de hac luce migrare contingat, ex-
tunc ad omnia praemissa, subeunda, ferenda et adim-
plenda, ad quae ipse nobis et Coronae Poloniae facien-
da se suis literis patentibus inscripsit, germanum
suum illustrem Principem dominum Wenceslaum Ducem

Zathoriensem et Osvancimensem per ipsum con-
stitutum, deputatum, consignatum et demonstratum,
ipsius Ducatus Osvancimensis haeredem unicum
et successorem debemus recipere et admittere, immo
et astringere, non autem ultra inscriptionis domini
Ducis Janussii et obligationis nobis et Coronae Polo-
niae per eum libere factarum tenorem. Harum qui-
bus sigillum nostrum praesentibus est subappen-
sum testimonio litterarum. Datum in conventione
Parcaviensi generali feria quinta in Octava Cor-
poris Christi, Anno Nativitatis eiusdem Mille Qua-
dringentesimo quinquagesimo tertio.

Ad relationem magnifici Petri de Szye-
kowini Regni Poloniae Vicecancellarii.

(Oryginał na pergaminie z pieczęcią woskową
wiszącą na zawiasce pergaminowej, był d.
28 Lipca 1785 w Archivum Koronnem. — Kopia
w Tekach Naruszewicza Tom XVIII, Nr. 128,
gdzie wszędzie zamiast: Serenitas, pisano: fir-
mitas.)

Oryginał w Zbiorach Księcia Władysława Czartoryskiego, na perga-
minie z pieczęcią woskową (jak w Zebrawskiego dziele II. 58) wiszącą
na zawiasce pergaminowej. — druk w Grünhagen II. pag. 593 Nr. 23.

Premislaus Dux Tostensis et Oswiecimensis inducias pacis ad biennium duraturas cum Casimiro Poloniae Rege sancit.

Piotrkoviae, Anno 1453, die 2 mensis Julii.

Nos Premislaus Dei gratia Dux Thoschcensis significamus tenore praesentium universis: Quomodo mallentes ad praesens sub treugarum pacis compositione, ipsam pacem quam guerras sequi, aut odia continuare, quae inter nos, nostrosque subditos, Ducatum, Terram ac dominia nostra ab una, et Serenissimum Principem dominum Kazimirum Dei gratia Regem Poloniae et Magnum Ducem Lithuaniae ac haeredem Russiae etc. omnesque et singulos suae Serenitatis servitores et subditos, nec non Regnum, terras et dominia sua ab altera partibus sunt suscitata et incepta, treugas seu sufferentias pacis a festo Sanctae Margarethae proxime venturo per duos annos eiusdem festi Sanctae Margarethae eandem diem ad occasum solis includendo, duraturas fecimus, firmavimus, statuimus, facimusque, firmamus et statuimus tenore praesentium mediante, volentes treugas pacis praefatas sub

sub conditionibus inferius descriptis in omnibus clausulis atque punctis per nos et subditos nostros firmiter et inviolabiliter observari, omni fraude atque dolo procul motis. In primis siquidem quod durantibus huiusmodi treugis pacis nos Premislaus Dux praefatus descendere tenebimur et debebimus per se vel nostros consiliarios ad locum consuetum inter oppida Bandzyn et Czeladz, ipseque dominus Rex praefatus mittere tenebitur et debebit suos consiliarios ad locum praedictum ipso die Sanctae Zophiae proxime affuturo, ibique constituendi super huiusmodi odiis, differentiis ex utraque exortis, nos quatuor et ipse dominus Rex quatuor arbitros debebimus collocare, in illosque compromittere et cavere alias zarancz[illegible], arbitrorum huiusmodi dicto stare, Concedemus ex nunc prout extunc ipsis plenam facultatem et potestatem: quicquid per ipsos decisum, terminatum, ordinatum et conclusum fuerit, promittimusque et spondemus per nos et subditos nostros firmiter et inviolabiliter observari. Item quod durantibus huiusmodi treugis pacis a data praesentium per octo dies omnes captivi abutraque parte capti, quibus fides non adhiberetur, ad cautionem fideiussoriam dari debent, qui in huiusmodi conventione per nos cum consiliariis domini Regis in loco praedicto tenenda personaliter se statuent et repraesentabunt illis per quos capti fuerant et quicquid de caetero per ipsos arbitros per partem utramque locandos de ipsis captivis inventum fuerit, firmiter et inviolabiliter partes

observabunt et observare tenebuntur. Item mercatores, institores et alii cuiuscunque status, conditionis aut praeeminentiae domini Regis praedicti homines fuerint, liberum et securum in Ducatum, Terram et dominia nostra habebunt transitum, suasque mercantias et negotia exercere, salvis oneribus et theloneorum solutionibus ab antiquo tentis. Item promittimus, quod latronibus et spoliatoribus, aliisque malefitiis, iter ad Regnum, Terras et dominia praefati domini Regis prohibebimus et occludemus, nec eis quaque vel qualicunque dampna per se vel submissas personas directe vel indirecte inferre vel facere permittemus. Ubi autem aliquis ausu temerario hujusmodi treugas et sufferentias pacis violare aut in contrarium attemptare praesumpserit, id per partis nostrae duos, et partis praefati domini Regis duos iudices vel arbitros infra unius mensis spatium diiudicari debebitur, et nihilominus treugae huiusmodi inviolatae permanebunt. Si qui autem fures, spoliatores vel latrones aut incendarii, vel quicunque malefici de Ducatu et dominiis nostris egressi, Regnum, Terras aut dominia praefati domini Regis aliquo spolio, iniuria vel malefitio infestaverint aut laeserint, tales capitanei, officiales et subditi nostri tenebuntur persequi, et omnibus viribus, modis, viis et ingeniis ad eorum incaptivationem praebere consilia, auxilia

et favores: qui si incaptivati fuerint, iuxta iura contra tales edita puniantur, atque leges; si vero capi non poterint, convicti iure suo cogantur ad restitutionem omnium ablatorum. Harum quibus sigillum nostrum appensum est testimonio literarum. Datum in Lyothrkow, feria secunda ipso die Visitationis gloriosissimae Virginis Mariae, Anno Domini millesimo Quadringentesimo quinquagesimo tertio.

(Oryginał na pergaminie pisany z pieczęcią woskową wiszącą na zawiasie pergaminowej, był d. 14 Maja 1784 w Archivum Koronnem. — Kopia w Tekach Naruszewicza Tom XVIII, Nr. 131.)

Treść w Inventarium Cracov. pag. 230.

Nobiles Ducatus Oswiecimensis Casimiro Jagiellonidae Regi Poloniae homagium et juramentum fidelitatis praestant.

Cracoviae, Anno 1454, die 19 mensis Martii.

Nos Nicolaus dictus Marschalek de Dubowjecz alias de Dwyeboze, Nicolaus Rudsky de Antiqua villa, Nicolaus Czelo Czechowski de Komorowycz, Nicolaus Myszkowski de Antiqua Polanka, Johannes Boyschowski de Brzezinka, Georgius de Wylamowicze, Marcus de Grodecz, Nicolaus de Poramba, Gothardus de Przeczeschin, Ottho de Zebracza, Jachny de Dworow, Nicolaus Crop (Czop), Johannes, Marcissius, Jodocus haeredes de Raysko, Nicolaus de Czancze, Laurentius de Charmanzi, Johannes de Skedzem, Sbigneus de Jawischowycze, Marcissius de Jawischowicze, Johannes Cloch de Byestwyna, Michael de Halcznow, Johannes de Byertholtowicze, Petrus de Bukyakow, Laurentius de Lipnik, Georgius de Pysarzowicze, Petrus de Bulowicze, Johannes de Czancza, Johannes de Nidek,

Petrus, Janussius, Helias haeredes de Nova Polanka, Henricus et Georgius haeredes de Grodecz, Consulesque oppidorum videlicet Oswanczim et Kanthi ac eorum communitates ad notitiam tam praesentium quam futurorum volumus pervenire: quomodo dum post erroreres differentiarum, litium et guerrarum, quae inter Serenissimum Principem dominum Kazimirum Dei gratia Regem Poloniae nec non terrarum Cracoviae, Sandomiriae, Sigradiae, Lancitiae, Cuiaviae, Magnum Ducem Lithuaniae, Pomeraniae, Russiaeque dominum et haeredem etc. Regnumque eius ex una, et praeclarum Principem Janussium Ducem Oswanczimensem partibus ab altera exortae fuerant, ad pacis dulcedinem perventum fuisset, et omnia iurgia per amicabilem compositionem fuissent complanata: idemque Serenissimus dominus Rex Kazimirus ab eodem Duce Janussio praetio certarum summarum pecuniae terram Oswanczimensem cum omni iure et dominio compararet et emeret, praefatusque Dux Janussius nihil iuris et dominii pro se, suisque successoribus reservaret, nosque terrigenas omnes et singulos suprascriptos ab obedientia et servitus, in quibus eidem tanquam domino subditi obligabamur, liberos et absolutos dimitteret: eatunc praefato Serenissimo domino nostro Regi placuit, ut similem obedientiam, quam eidem domino Duci Janussio, dum esset noster dominus et patronus, debebamus,

Suae Regiae Maiestati, suisque successoribus et Regno etiam profitemur. Nos vero considerantes omnem authoritatem, quam in nobis saepedictus Dux Januarius habuit, in praefatum excellentissimum dominum Regem, successores suos et Regnum esse translatam, dignis desideriis Suae Serenitatis annuentes, nos supradicti nobiles, terrigenae terrae Oswancimensis, Consulesque oppidorum praedictorum et eorum communitates, eidem Serenissimo domino Kazimiro Regi, successoribus suis et Regno fidem, reverentiam, obedientiam et servitia tenore praesentium profitemur, nostrosque successores ad faciendum similia obligamus, promittentes sub fide et honore, eundem dominum Regem, successores et Regnum in omnibus casibus et necessitatibus fideliter praemunire, sibique successoribus et Regno assistere, tam in prosperis quam adversis, Et ut omne dubium de nobis tolleretur, hanc nostram inscriptionem iuramentis nostris in tactu ligni vivificae, Crucis corporaliter factis ratificavimus et approbavimus. In cuius rei testimonium sigilla nostra praesentibus sunt subappensa. Datum Cracoviae, feria tertia proxima post dominicam Reminiscere, Anno Domini Millesimo Quadringentesimo quinquagesimo quarto.

(Oryginał na pergaminie z 22 pieczęciami wos-
kowemi wiszącemi na zawiaskach pergami-
nowych, był d. 26 Lipca 1785 w Archiwum
Koronnem. — Kopia w Tekach Naruszewi-
cza Tom XVIII, Nr. 152.)

Oryginał na pergaminie w Zbiorach Władysława Księcia Czartorys-
kiego w Krakowie. Z 36 pieczęci woskowych na zawiaskach pergami-
nowych pozostało 19 jakoto: 1) z herbem Kornicz i napisem: s. iankow...
ze... a ... (Mikołaja Marszałka) 2) i 3) mają herb Topacz napis nieczytelny.
4) z herbem Jastrzębiec i napisem: s. nicolai de miscowicze. 5) [illegible] mają
herb Topacz, napis nieczytelny. 6) i 7) i 8) brakują. 9) herb Topacz z napisem
nieczytelnym. 10) głowa żubra z napisem sigillū + othia + z. szubracza.
11) brakuje. 12) i 13) siedzący kruk z napisem: s. nicolai. de. raysko. 14) wytar-
ty. 15) herb Topacz, napis nieczytelny. 16) brakuje. 17) i 18) herb Topacz napis
nieczytelny. 19) brakuje. 20) herb Topacz, napis nieczytelny. 21) herb [illegible]
napis nieczytelny. 22) herb Topacz, napis nieczytelny. 23) herb Topacz napis nie-

F czytelny (Jana z Bierłołtowic) reszta pieczęci oderwana,
tylko są napisy na zawiaskach. 24) Petr. de Buyakow. 25) —
26) Georg. de Pisarzowicze. 27) Petr. de Bulowicze. 28) Joh.
de Czancza. 29) Joh. de Nidek. 30) Petr. de Polanka. 31) Janusz.
de Polanka. 32) Helias de Polanka. 33) Henr. de Grodzecz. 34) —
35) Oswięcim. 36) oppidum Kanthy.

— druk. w Grünhagen II. pag. 601. Nr. 24. — Treść w Inwen-
tarium Cracov. pag. 230.

P 6) herb Kornicz, napis nieczytelny

Casimirus Rex Poloniae confirmat civitati Oswiecimensi omnia jura et libertates quas a Ducibus Oswiecimensibus eadem civitas habuit. – Cracoviae, feria tertia proxima post dominicam Reminiscere A. D. 1454.

Cracoviae, Anno 1454, die 19 mensis Martii.

Przywilej w archiwum miasta Oswiecima. – Ob. R. Temple: Abhandlung über Stadt und Herzogthum Oswiecim (Schriften der histor.-statist. Section der mähr.-schles. Gesellschaft. XII. 535)

Casimirus Rex Poloniae cum Kazimiro duce Oswie=
cimensi de ducatu eodem transigit ea conditione:
Rex solvit illi quatuor millia et trecentas marcas
grossorum Pragensium ac viginti et unum florenorum.
– Cracoviae A. 1455.

Treść w Inventarium Cracov. pag. 231.

Casimirus Rex Poloniae profitetur Janussio Duci Oswiecimensi 200 marcas grossorum Pragensium nomine debiti se inscripsisse.

Piotrcoviae, Anno 1455, die 2 mensis Julii.

Kazimir z Bozie milosti Kral Polski, Welike Knieze Litewske, diedicz Ruski, pan Pruski etc. tymto listem obieczne przede wsiemi wyznawami, Ktorzy iey uzrzy, nieboly cztuce sliszety buducze, ysme dluzni praweho a pienieznеho dluhu a isthym prawem sprawiedliwem dwestye hrzywen grosi dobrych srebrnych monety gistey a lidzby Polskiey, w Każdu hrzywnu osim a czterdzista grossi poczytaiacz, oswieconemu Kniezety Kniezy Hanusowi Kniezety Oswietymskiemu, ze bratem naszomu milomu, Ktorecz to wswethpsane dwestye hrzywen myncze a czyslu swerchpsanoho mi Kral swrchpsani ymame a slibugeme przy nassem slowie Krolewskim dati a zaplatiti a grosmi dobrymi czeskimi aniebo zlottimi wedle bihu po osm

a po dwathsety grosi mieniac swerchwpsane poczy=
taiacze zlaty pscziły w iedney summie, na Bozye
Narozenye naypierw przeszcze od dnia listu toho=
to w miestie Sresine anebo w Bitomi w mocz a w
rucze Kniezetye swrchupsaneho anebo yecho wier=
nem ruce anebo gdezby tento list imiel s gieho do=
bru wuoli przez wssech zmathkow a delseho pred=
koru a fortelu wszelakich polibichom toho neuczy=
nilizmy my Kral swrchupsani a tu swrchupsa=
nu summu dwuseth grzywen nezpelnili nebo zapla=
titi opporni bili, iehoz Boze ostrzez, tak iakoz
se pwrchu pise, tehda se zname ze isme Knizeti
swrchupsanemu tolikoz wyiednym miesiac potom
propadli, a ten propadek sunolu i sy wsim zplniti
w giednen summe gimame a slibugeme, a giestliby
Knyeze swrchupsanu literu skodu wzal pro neza=
placene summi virchupsanen gistau, w takie
propadki sskody wszestkim budte iakozkolwiek
budu na prostu ponihilku bez nierowane a bez
[illegible] przysahi s gistymi i s propadkem w ged=
nen summe oprawiti ymame a slibugeme, a na nas
Knieze [illegible] swrchupsane i na nasich wsech poddanich
Korony Polskey ponicz swich puszcim swerchupsanie
i skod a propadkow i wszelakim wimislenim obrzegiem

bude moczy dobywaty, iako se gemu naylepe a nay=
podobney zdati bude a wimisliti mnoz a protym
tomu bity negmame a slibugeme przy nasem slowe
krolewskem ani nas nigeden poddani ani giednem
obyczegiem ani zadnym fortelem, ani nowin na=
lezeni Kniezetiie swrchupsaneho prasdni biti
negimame: lecz list tento nasz od nieho rzadne
wywadyme a gdozby tento list imiel z gieho do=
bru niemot, ten ima i ymiety bude tuz mocz
a tez prawo ko wsem wieczam punktom a
artikulom iako on sam tomu ma swiedome, a
pro lepsi gistotu nasy ysme wlasnu pyeczetch
k tomu to listu przywiesity kazali. Genz dan w
Potrkowi w strzedu den Mathki Boziey Visi=
tationis, Letha od narozenie Bozeho Tysieczecho
czterstého peddesateho i patheho.

Relatio reverendi patris domini Johannis
episcopi Vladislaviensis, Regni Poloniae
Cancellarii.

(Oryginał na pergaminie z oderwaną pieczę=
cią był d. 26 Lipca 1785 w Archiwum Koron=
nem. — Kopia w Tekach Naruszewicza Tom
XVIII, Nr. 191.) — Treść w Inventarium Cracov. g. 230.

Casimirus Jagellonides rex Poloniae donationes monasterio Tyniecensi concessas confirmat atque oppida et villas ejusdem monasterii ex jure polonico in jus teutonicum transfert.

Cracoviae, 1456, die 6. Octobris.

In nomine Domini. Amen. Ad perpetuam rei memoriam. Nos Casimirus Dei gratia rex Poloniae necnon terrarum Cracoviae, Sandomiriae, [redacted] Siradiae, Lanciciae, Cuiaviae, Magnus dux Lithuaniae, Pomeraniae, Russiae, Prussiaeque dominus et haeres, significamus tenore praesentium quibus expedit universis [redacted] praesentibus et futuris harum notitiam habituris: Quod quamvis subditorum nostrorum petitiones licitas et honestas ad gratiam exaudicionis admittimus; illas tamen ferventiori zelo et decreto nostris perennamus, quae sacrarum aedium ac piorum virorum redolent commodum et profectum. Oblatam igitur majestati nostrae pro parte venerabilis ac religiosi Mathiae abbatis canonici ecclesiae cathedralis Cracoviensis fratrumque religiosorum conventus ac monasterii Tinecensis devote nobis dilectorum, recepimus

petitionem in se continentem, ut de nostra innata regiae dignitatis benignitate, ipsius monasterii jura, libertates, immunitates, donationes, dotationes ac exemptiones, quas a felicis recordationis regibus et ducibus Poloniae praedecessoribus nostris habent et obtinent, confirmare, ratificare et approbare dignaremur. Nos vero praedecessorum nostrorum vestigiis, qui dictum monasterium Thinecense in remissionem suorum criminum, ac ob salutem animarum, piis elemosynis dotavere, inhaerentes, supplicationique tanquam rationabili justae et honestae dictorum abbatis et fratrum zelo devotionis permolliti annuentes, volentes etiam diem extremi judicii piis ac benignis oneribus praevenire; de nostra certa scientia et voluntate praehabita sufficientissima deliberatione animo benevolo et consilio nostrorum consiliariorum ad id accedentes, memoratis Mathiae abbati, fratribus que conventus Tyniecensis, quaeque monasterii ac ipsorum jura, libertates, immunitates, litteras et privilegia ecclesiastica et saecularia, quae a divis ac memoriae regibus et ducibus Poloniae praedecessoribus nostris, veris et legitimis haeredibus, super quaecunque bona et libertates habere dignoscuntur, sub quibuscunque datis in vita ipsorum juste et recte emanatas,

quas et hic habere volumus pro insertis, in omnibus earum punctis capitulis, conditionibus, positionibus, articulis et clausulis universis, ratificamus, innovamus, gratificamus approbamus et praesentis scripti patrocinio confirmamus, decernentes ipsa robur perpetuae obtinere firmitatis. Et quia per diuturnum fluxum temporis nonnulla bona haereditates ac villae de possessione dictorum abbatis et fratrum conventus Thinecensis exciderunt, quaedam vero post donationem ipsi monasterio factam sunt plantatae et noviter erectae, quarundam vero villarum nomina in privilegiis praedecessorum nostrorum contenta ac designata, sunt immutata: Ne igitur temporis successu dictum monasterium Tinecensi aliquibus subjaceret gravaminibus, oppressionibus seu damnis, bona, oppida haereditates ac villas infrascripta et infrascriptas: Tyniec Piekari Cieyowice, Raczna Smierdzoca Lyszky, Kaszow, Nowawies, Przegyna Czerniechow Rybna, Czułow magna, Czułowek parva Baczyczyn, Grodecz et Regulice prope Shanczyn, Skawina oppidum Szymborg Szydzina, Boianowice, Bukowie, Zorzow, Radzieszow Brunacowa wola, Powozowice Lanczany, Opatkowice super Wilga fluvium, Golikowice, Syrcza Bodzanow Lapsica, Koianow circa Bochnia, Pogwizdow, Mniszkowice Rutka Kargow

prope Radlow, Opatkowice sub Myelstyn, Uyasd, Zdania, Choynik. Baboniowice, Siedliska, Meszna, Luboszowa, Dąbrowka, Thuchow oppidum, Gromnik, Golanka Zborowice prope Cieszkowice, Kwiatonowice, Zagorzany Dąborzyn, Kawieczyn, Zagorze, Kamieni=ca Brzostek oppidum, Januszkowice, Brzostkows=ka wola, Kleczcze, Brzyska Kłodawa, Vyasd, Wrob=lowa, Lypnicza, Bączal, Goliesz castrum, Kołacice oppidum, Kraiowice, Bryly, ~~[illegible]~~ Warszyce, Niepla, Chranstowka, Byrowka, Czelustnica, Vnieszc, Pran=dnik circa Cracouiam, Wilkow, Charwyn, Wągrzynowi=ce Opatkowice prope Proszowice, Swacice, Opatkowi=ce circa Scarbmariam, Opatkowice prope Andrzeiow, Modrzany, Dolyany, Vkylyce, Xiąznice magna, Xiąznice parva Opatowiec oppidum, Piotrkowi=ce Vrzuty quae in terris Cracoviensi, Sandomi=riensi, Becensi et Oswancimensi sive Zatoriensi ac earundem districtibus locata ac locatas, sita et sitas, in quorum praesentiarum praelibati abbas et sui fratres conventus Tynecensis duntaxat sunt reali et actuali tenuta ac possessione, memorato monasterio Tynecensi adjungimus, appropriamus, incorporamus, et invisceramus praesentibus per ipsum abbatem et fra=tres ejusdem conventus habenda, tenenda, possidenda,

et utifruendum perpetuis temporibus ac aeviternis.
Quae quidem suprascripta bona, villas, oppida et
haereditates prout in suis metis et graniciebus
longe late et circumferentialiter sunt limitata
et distincta, de jure polonico et quovis alio, in jus
theutunicum, quod Maydburgense dicitur, trans=
ferimus tenore praesentium perpetuis duratura,
removentes ibidem omnia jura polonica modos et
consvetudines universas, quae ipsum jus theutu=
nicum plerumque consveverunt perturbare. Eximi=
mus insuper et perpetue liberamus omnes et singulos
incolas, cmethones et quosvis oppidorum et villarum
praedictarum inhabitatores, ab omni jurisdictione ju=
dicio et potestate omnium regni nostri dignitariorum,
officialium, palatinorum castellanorum, judicum,
subjudicum, succamerariorum ac ipsorum ministerialium,
ut coram ipsis aut ipsorum aliquo pro causis mag=
nis sive parvis puta: furti, incendii, sanguinis effu=
sionis et membrorum mutilationis et aliis quibuscun=
que enormibus excessibus citati minime respondebunt
nec aliquas poenas solvere tenebuntur, sed tantum
praedictorum oppidorum ac villarum incolae coram
suis advocatis, scultetis ac judice dicti monasterii Tyne=
censis qui pro tempore fuerint; advocati vero et sculteti
et hoc si in reddenda justitiae plenitudine fuerint negligentes

ac remissi, coram judice dicti monasterii non aliter quam suo jure theutunico Maydburgensi praedicto de se quaerulantibus respondere sint astricti. In causis autem criminalibus vel capitalibus advocatis vel scultetis oppidorum et villarum praedictarum in graniciebus suis judicandi, sententiandi, puniendi, corrigendi, condemnandi plenam damus et omnimodam concedimus potestatem ac facultatem praesentium per tenorem; prout hoc ipsum jus theutunicum Maydburgense in omnibus suis articulis, capitulis, et punctis postulat et requirit, harum quibus sigillum nostrum praesentibus est subappensum testimonio litterarum. Datum Cracouiae feria quarta proxima post festum sancti Francisci confessoris Anno Domini Millesimo Quadringentesimo quinquagesimo sexto; praesentibus ibidem reverendo in Christo patre domino Thoma Dei gratia episcopo Wendensi, magnificis et generosis Joanne de Czyszow castellano et capitaneo, Joanne de Tanczyn palatino, Creslao de Kuroswanky castellano lublinensi, Creslao Woysczyk de Swoycza succamerario, Nicolao Chumstowsky tribuno cracoviensibus, Joanne Kuropatwa de Laczutow succamerario lublinensi, capitaneo chelmensi et aliis quam pluribus testibus circa praemissa. Datum per manus Venerabilis domini Joannis Lutconis

de Brzeze Utriusque Juris doctoris archidiaconi gnesnensis, sacri apostolici palatii causarum auditoris et regni Poloniae vicecancellarii sincere nobis dilecti.

Relatio ejusdem venerabilis Joannis Lutconis de Brzeze utriusque juris doctoris archidiaconis gnesnensis sacri apostolici palatii causarum auditoris Regni Poloniae vicecancellarii.

Casimirus Jagellonides rex Poloniae confirmat privilegium Boleslai pudici ducis cracoviensis super locandam civitatem jure theutonico in villa Opatowiec monasterii lyniecensis datum Cracoviae 15 Maji 1271.

Cracoviae 1456, die 6 Octobris.

In nomine Domini Amen. Ad perpetuam rei memoriam. Ne error oblivionis gestis sub tempore labentibus in posterum pariat detrimenta; alta regum et principum providentia decrevit ea litterarum apicibus et testium annotatione perennari. Proinde nos Kazimirus Dei gratia rex Poloniae, nec non terrarum Cracoviae, Sandomiriae, Siradiae, Lanciciae, Cuiaviae, Magnus Dux Lithuaniae, Rusciae, Pomeraniae, Prussiae: que dominus et haeres: Significamus tenore praesentium quibus expedit, universis praesentibus et futuris horum notitiam habituris: Quomodo per venerabilem et religiosum Matthiam abbatem Tynciensem et canonicum Cracoviensem devotum dilectum nostrae majestati oblatae petitio continebat, quatenus privilegium monasterii sui infrascriptum de innata celsitudini nostrae clementia ratifi-

care, approbare, gratificare, innovare, roborare et confirmare dignaremur gratiose. Cujus quidem privilegii tenor de verbo ad verbum sequitur et est talis:

./.

Nos igitur Kazimirus rex praefatus petitionibus praefatis tanquam justis et rationabilibus benigniter annuentes, privilegium praescriptum in omnibus suis punctis, capitulis, clausulis et conditionibus universis et prout modo memoratus abbas oppidum praefatum tenet, habet ac possidet de benignitate nostra regia ratificamus, gratificamus, innovamus, roboramus et praesentis scripti patrocinio confirmamus decernentes illud robur perpetuae firmitatis obtinere. Harum quibus sigillum nostrum praesentibus est appensum testimonio litterarum. Actum Cracoviae feria quarta proxima post festum sancti Francisci confessoris. Anno Domini MCCCCLVI; Praesentibus ibidem reverendo in Christo patre domino Thoma Dei gratia episcopo nec non magnificis ac generosis Joanne de Czyszow castellano et capitaneo, Joanne de Tanczyn palatino, Erzesko de Curoswiancki castellano lublinensi, Erzesko Woyszyk de Woyca succamerario, Nicolao Chrzanstowski tribuno cracovien. et Joanne Curopatwa de Laczychow succamerario lublinensi et capitaneo chelmensi et aliis quam pluribus testibus circa praemissa. Datum per

manus reverendi patris domini Ioannis Lutconis de Brzesze utriusque juris doctoris sacri palatii apostolici causarum auditoris archidiaconi gneznensis et regni Poloniae vicecancellarii sincere nobis dilecti.

Relatio venerabilis Joannis de Brzesze utriusque juris doctoris, sacri palatii apostolici causarum auditoris, archidiaconi gneznensis et regni Poloniae vicecancellarii.

Judicium terrestre Cracoviense recognoscit, quod Nicolaus Seraphin castrum Barwald cum villis ad illud pertinentibus marito filiae suae, Stanislao Liganza de Bobrek, resignavit. — Cracoviae feria sexta ante S. Calixti A. D. 1456.

Cracoviae, Anno 1456, die 8 mensis Octobris.

Treść w Kromera Inwentarium (Revisio Archivi per Stanislaum et Matthiam Lubienski a. 1613. Mspt w bibliotece miejskiej w Wrocławiu Nr. 1114.) —
— i w Grünhagen II. pag. 602 Nr. 25.

Casimirus rex Poloniae contractum cum Janussio duce Oswiecimensi de resignanda sibi terra Oswiecimensi cum castris facit.

Cracoviae, Anno 1456 die ii mensis Octobris.

Kazimirus Dei gratia Rex Poloniae, Magnus Dux Lythuaniae, Russiae, Prussiaeque dominus et haeres etc. significamus tenore presentium quibus expedit universis: quomodo de praelatorum et baronum Regni nostri consilio ac matura deliberatione praehabita, post multosque et varios tractatus cum praeclaro Principe domino Janussio Duce Osswancimiensi fratre nostro dilecto habitos pro terra Osswancimiensi et castris Osswancym et Wolek infrascriptum contractum, ordinem et concordiam fecimus, ordinavimus, inivimus et finaliter concludimus. In primis Mille marcas latorum grossorum Pragensium monetae et numeri Polonicalium, videlicet quadraginta et octo grossos in quamlibet marcam computando, et viginti unum florenos Hungaricales ad

ad feriam quartam Cinerum proxime venturam adun=
ginus et attribuimus Tribus millibus et trecentis mari=
latorum grossorum in litera magnifici Johannis de Czy=
szow castellani et capitanei Cracoviensis fideiussoris nostri
et aliorum confideiussorum sive collegarum suorum in
ipsius literis contentorum solvere et in civitate nostra
Bandzyn effectualiter reponere pro dicto termino feria quar=
ta Cinerum, quibus pecuniis receptis et levatis utraque pars
tam nostra quam ipsius domini Ducis Janussii in civitatem
Bythom ipsas pecunias conducere debent. Tempore tamen
conductionis dictarum pecuniarum pro nostris subditis
Regnique nostri pro indempnitate ipsi domino Duci Janus=
sio promittimus et pollicemur, ipse etiam dominus Dux
Janussius a subditis et partibus Slesiae nobis aut nuntiis
nostris pro indempnitate et securitate in conductione dicta=
rum pecuniarum cavere et de salvoconductu providere pro
parte sua et omnium suorum sibi adhaerentium provide=
re tenebitur et debebit. Quibus summis pecuniarum ad ple=
num solutis omnes inscriptiones ac literas tam nostras
praesentes quam fideiussorum nostrorum castellani Cra=
coviensis et aliorum suorum collegarum in manus nostras
aut horum qui praelactas pecunias sibi solverint dictus
Dux Janussius literas: unam quae in se Tria millia trecentas=

que marcas grossorum Bohemicalium, aliam vero quae
Mille marcas latorum grossorum et viginti unum florenos
in se continent, literam quoque fideiussoriam, in qua
praedicti Principes domini Venceslaus Zathoriensis et
Przemek Thoszensis cum nonnullis terrigenis posuerunt
fideiussores, restituere debent et tenentur, literamque suam
cessionis et renuntiationis omni dominio mero et mixto,
proprietatique ac possessioni et signanter omni iuri
et interesse, quod habere in dicta terra Osswanczimiensi
potuerat, abrenuntiando de terra et castro Osswanczym ti-
tulo venditionis perpetuae et dare debet sitque astrictus.
Et si necessitas postulaverit, coram serenissimo Princi-
pe domino Rege Bohemiae, dum per nos fuerit avisatus,
similem tenebitur facere abrenuntiationis resignationem
iuxta nostrae beneplacitum voluntatis. In casu vero si
praedictam summam pecuniarum et florenorum ad feriam
quartam praeditam Cinerum non solverimus et reponere
non curaverimus, extunc ipsum dominum Ducem Janus-
sium duabus septimanis ante feriam quartam Cinerum
avisabimus, quod se in terram Osswanczimiensem et castra
Osswanczym et Wolek intromitteret et possessionem eorun-
dem reciperet in tenutam et capitaneus Osswanczimiensis, qui
pro tempore fuerit, sibi de eadem terra Osswanczimiensi et
castris Osswanczym et Wolek receptis literis nostris prae-
sentibus et fideiussorum nostrorum castellani Cracoviensis

et aliorum suorum collegarum et aliis literis superius descriptis, litera quoque ab eodem Duce Janussio de non inferendo gravamine et praeiudicio terrigenis et incolis dictae terrae Osswanczimiensis recepta condescendet et dabit intromissionem. Quam terram Osswanczimiensem cum castris Osswencim et Wolek idem dominus Dux Janussius in superius descriptis summis pecuniarum per spatium quatuor annorum continue se sequentium, incipiendo annos a feria quarta Cinerum proxima computando, cum omnibus et singulis utilitatibus, fructibus, redditibus, proventibus et obventionibus tanquam capitaneus et tenutarius noster tenebit, habebit, utifruetur et possidebit, nobilesque terrigenas cives, Kmethones et omnes alios dictae terrae Osswanczimiensis indigenas et incolas circa iura eorum conservando, non aggravando nec opprimendo eosdem aut captivando sine praeiudicio quovis colore exquisito, neque guerras, lites aut bella sine speciali mandato nostro aut Regni nostri movendo vel incipiendo, spolia, furta, latrocinia non admittendo cuipiam inferre neque aliqua debita Prussiae, aut aliqua alia quibuscunque occasionibus aut causis intervenientibus praeter summam descriptam computando. Pro cuius quidem terrae et castrorum Osswanczim et Wolek conservatione et tuitione in subsidium tricentas marcas monetae et numeri Polonicalium

singulis annis infra praedictos quatuor annos dare tenebimur et praesentibus obligamur; si autem ipsas tricentas marcas pro conservatione utriusque castri dare annuatim nollemus, extunc dictus dominus Dux Janussius Wolek castrum tenere non debebit, sed in manus nostras aut cui commiserimus, resignare, quod nobis frangere et demollire licebit iuxta beneplacitum voluntatis, hoc etiam addito, quod si in solutione praedicti subsidii tricentarum marcarum pro utroque castro sive centum solum pro Osswanczym ex toto et plenarie solvere et dare neglexerimus singulis annis infra quatuor annos praedictos, extunc in fine quarti anni circa solutionem capitalis pecuniae ex integro supplere volumus et tenebimur. Si autem Wolek castrum ipse Dux Janussius non tenuerit, extunc pro conservatione terrae et castri Osswanczym solum centum marcas numeri et monetae Cracoviensis dabimus. Hoc etiam adiecto, quod si ipse Dux Janussius aliquibus bellis ab hostibus nostris et Regni sine causa et occasione per ipsum Ducem Janussium aut suos coadhaerentes directe vel indirecte per se vel per summissas personas quomodolibet praestandis impeteretur ac infestaretur, extunc memoratum dominum Janussium defensare et tueri volumus ac debebimus. Si vero, quod absit, nos aut aliquis nostro et Regni nostri nominibus dictam terram Osswanczym et castra praedicta infra spatium praedictorum quatuor annorum continue se sequentium in summis praescriptis, annos

a feria quarta Cinerum inchoando, non exenerimus, extunc dictam terram idem Dux Janussius et sui successores legitimi, lapsis quatuor annis praedictis, perpetualiter possidebunt et habebunt, nos vero omnes terrigenas, cives et alios incolas de omagio et juramentis nobis praestitis liberos et absolutos remittemus et relaxabimus. Praeclari vero Duces domini Wenceslaus Zathoriensis et Przemek Thoszensis unacum terrigenis ipsorum decem in numero personis infrascriptis sine dolo et fraude notabilioribus, videlicet nobilibus et generosis Michaele Nawroy de Elgoth, Schambor de Labuti, Michaele cancellario de Zawerzycze, Schamborio Sbroslawsky, Vincentio Wylkowsky, Johanne Czempczowsky, Nicolao Crzystek de Zementyez, Johanne Crzystek de Zementyez, Procopio de Swenthossewicz, Johanne de Czenthawa, Nicolao Gawschydsky de Welawyess, Johanne de Blaseyowyce et Michaele Syrodsky promittere et spondere debent sub fide et honore ac poenis infrascriptis pro dicto domino Duce Janussio, quod omnes articulos puncta supra et infrascriptos in omnibus clausulis, conditionibus, omnibus coloribus quibus sibi prodesse et nobis obesse possit aut regno nostro cessantibus et procul motis, tenebit, servabit, implebit ac firmiter et sine dolo ac fraude, sine qua vis mora et contradictione custodiat, condescendat et observabit: pro quibus dicti domini Duces Wenceslaus Zathoriensis et Przemek Thossensis principales se posuerunt suis literis certos et indubitatos manu conjuncta et indivisa fideiussores. Et si dictus dominus Janussius per nos sibi solutis summis

praeditis terram et castra praedicta aut aliquas literas nobis nocivas nobis non restituerit, quas taliter exolverimus et pro ipsis satisfecerimus, extunc omnia dampna quaecunque percoperimus aut incurrerimus ad simplicem assertionem nostram nobis praediciti Duces et eorum successores adimplere et solvere debent et tenebuntur. In casu vero, quo de hac luce ipse Dux Janussius decesserit, extunc dominus Dux Przemek et dominus Dux Wenceslaus aut eorum successores terram Osswanczimiensem cum castris praeditis Osswanczim et Wolek nobis et Regno nostro condescendere, dimittere et resignare in manus nostras aut cui id specialiter commiserimus realiter et cum effectu debent receptis pecuniis superius descriptis. Quod si dictus dominus Dux Janussius aut ipsi fidejussores sui tanquam principales cum ipsorum terrigenis aut successoribus non adimpleverint, habebimus potestatem eos maledicendi, diffamandi et captivandi, pecunias capitales et dampna in eorum Ducatibus, dominiis et possessionibus repetendi, subditos ipsorum captivandi, terrasque ipsorum cremandi, aliisque modis exquisitis conquirendi et expetendi, quibus consiliis et ingeniis possemus nobis aut Regno nostro prodesse et ipsis obesse, quibus ipse dominus Dux Janussius cum Lathorienssi et Thossenssi Ducibus et fratribus ac eorum subditis et adhaerentibus contradicere aut se opponere sub fide et honore non debent. Insuper pro pixidibus duabus vulgariter puszky debemus ex parte nostri in duos homines bonos et Dux Janussius in alios duos arbitros compromittere et firmiter decreto ipsorum stare; quod si ipsi quatuor arbitri non

concordaverint, extunc superarbitrum alias oberman prae=
clarum Principem dominum Ducem Cõnradum nigrum Ducem
Olonensem ex utraque parte eligemus et decreto ipsius firmi=
ter stare debemus et volumus. Harum quibus sigillum nostrum
praesentibus est subappensum testimonio literarum.
Datum Cracoviae, feria secunda proxima ante festum
sanctae Hedwigis, Anno Domini Millesimo Quadringen=
tesimo quinquagesimo sexto.

(Oryginał na pergaminie z pieczęcią mniejszą królewską woskową na pergaminowej taśmie zawieszoną, w zbiorach Władysława Kościa Czartoryskiego w Krakowie.
Druk. w Grünhagen und Markgraf: Lehns=Urkunden Schlesiens. II Band, pag. 602 Nr. 26)

Nicolaus Marschalcus de Dubowice Capitaneus Oswiecimensis recognoscit, se cum Casimiro Poloniae Rege de dedendo castro et terra Oswiecimensi, [redacted] contractum fecisse.

Cracoviae, Anno 1456 die 11 mensis Octobris.

Ego Nicolaus Marschalcus de Dambowicz, Capitaneus Oswiacimensis recognosco praesentium per tenorem: quomodo pro ulteriori tenuta terrae et castrorum Oswiacym et Wolek infrascriptum ordinem contractum cum Serenissimo Principe Domino Kazimiro Dei gratia Rege Poloniae, Magno Duce Lithuaniae, Russiae, Prussiaequedomino et haerede, domino gratiosissimo feci et inivi. Inprimis et dicta terra Oswanczymensi cum castro Oswaczym et Wolek tenebo et in tenuta possidebo tali modo: Si summas pecuniarum praeclaro Principi domino Janussio Duci Oswaczimensi in literis Regiae Maiestatis et eiusdem fideiussorum contentarum et obligatarum super feriam quartam Cinerum proxime venturam ipse Serenissimus dominus Rex persolverit: extunc eodem die emerit de terra Oswancimensi et

castro Oswancim et Wolek dicto domino Duci Ja-
nussio, receptis ab eo omnibus literis ac contracti-
bus et ordinationibus et Suae Serenitatis fideiusso-
rum, videlicet domini Castellani Cracovienois alio-
rumque Suae Dominationis collegarum, ac aliis in-
scriptionibus in literis Regiae Maiestatis aut suo-
rum securitatis (Serenitatis) nuntiorum sine duo-
rum Regni Poloniae sub fide et honore meis dan-
dis et consignandis, condescendam et dabo in tenutam
iuxtaque vim et formam literarum dicti Serenissi-
mi Domini Regis assignabo et dabo. In casu vero,
quo summas pecuniarum ipse Serenissimus dominus
Rex aut Regnum Poloniae super praefatam feriam
quartam Cinerum iuxta inscriptiones non solverit
praefato domino Duci Janussio: eatunc ego dictam
terram Oswancimensem cum castro Oswancim
et Wolek ad dominicam Oculi proximam inclusi-
ve tenebo et possidere in tenuta obligabor tanquem
Suae Serenitatis Capitaneus et Regia Maiestas aut
Regnum Poloniae de dictae dominicae Oculi dictam
terram Oswancimensem cum castro Oswancim et
Wolek quem tenebunt recipere. In casu vero si Sua
Serenitas aut domini Regni Poloniae a me praefatam
terram cum castro praedicto in termino non receperit,

extunc pro ulteriori termino tenuta decem marcas percipere curet Sua Serenitas singulis septimanis mihi dare et solvere tenebitur et obligabit iuxta efficaciam et formam litteris Suae Serenissimae Maiestatis mihi desuper datae et concessae. In cuius rei testimonium sigillum meum praesentibus est appensum. Datum Cracoviae, feria secunda proxima ante festum Sanctae Hedvigis, Anno Domini Millesimo Quadringentesimo quinquagesimo sexto.

(Oryginał pergaminowy, z odwieszoną pieczęcią był w Archiwum Koronnem. – Kopia d. 26 Lipca 1785 przepisana, w Tekach Naruszewicza Tom XIX. Nr. 20.)

Treść w Inventarium Cracov. pag. 231 – i w Grünhagen II. pag. 606. Nr. 27

(Dokumentem tym oświadcza Mikołaj Marszałek z Dubowic iż zawarł z Królem polskim Kazimierzem tego rodzaju umowę że jeżeliby Król na rodę popielową nie złożył summy winnej Januszowi Xięciu Oświecimskiemu pomieniony starosta oświecimski Mikołaj Marszałek dłużej tę ziemię i zamki jej ma trzymać; a Król w dalszym czasie pro 7 grzywien za każdy tydzień zwłoki będzie mu winien.)

Przemko Herzog zu Oswancin zum Toste etc. bestättigt dass Pelka von Weschow mit seiner Frau Elschken 40 Mark, welche Swircze von Rachau den Wikarien zu Opeln verschrieben, auf seinen Gütern Weschow und Konari sichergestellt hat.

Zum Toste, 1457 am Sonntage vor Dreier Könige Tage (2 Januar)

---

pag. 77 Nr. 239. Codex diplomaticus Silesiae. VI Bd. – Registrum S. Wenceslai. Breslau 1865. 4°

Privilegium

Janussius dux osviecimensis ducatum suum osviecimensem Casimiro Jagellonidae regi Poloniae vendit et resignat.

Gliwice 1457 die 21 Februarii.

In nomine Domini Amen. Ad perpetuam rei memoriam. Ne temporum labentium cursus rerum gestarum memoriam secum rapiat et illos oblivionis errore confundat, mentibus humanis illud divinitas inspiravit praestititque remedium: actiones, ordinationesque humanas per temporis lapsum perituras, et venditionum emptionumque contractus, ne a posteris revocentur in dubium, constans apex roboret literarum et fides testium jugiter renovet et confirmet. Proinde nos Janussius Dei gratia dux et dominus Oswyaczimensis significamus tenore praesentium, quibus expedit universis et singulis praesentibus et futuris, publiceque recognoscimus et fatemur: Qualiter matura deliberatione cum illustribus fratribus nostris, baronibus et consiliariis nostris praehabita, etiam in optima valetudine constituti, nullo dolo, fraude aut ingenio seducti, nec per errorem aut improvide, sed de mera et spontanea voluntate ducatum nostrum et terram nostram Oswyaczimensem, quae portione paterna

nobis obvenit serenissimo principi et domino domino Kazimiro Dei gratia regi Poloniae, Magno Duci Lithuaniae haeredi Russiae et domino Prussiae regnoque suo et Coronae Poloniae pro quinquaginta millibus marcarum latorum grossorum pragensium numeri polonicalis, quadraginta octo grossos in quamlibet marcam commutando, quae quidem quinquaginta millia marcarum latorum grossorum ab eodem domino Kazimiro rege et Corona Poloniae nos integraliter et effectualiter in pecunia narata et numerata nro hujusmodi ducatu tulisse et levasse et percepisse praesentibus recognoscimus et profitemur, vendidimus, praesentiumque tenore vendimus et venditione perpetua et irrevocabili praefato serenissimo principi et domino domino Kazimiro regi et Coronae suae Poloniae de illo cedimus et ipsum resignamus et inscribimus cum omnibus et singulis dicti ducatus et terrae Brzyazimensis castris, fortalitiis, civitatibus, oppidis, villis, teloneis, censibus, proventibus, utilitatibus, fructibus, servitiis, omagiis, aliodiis, exactionibus, collationibus jure patronatibus, culpis emendis, piscinis molendinis lacubus, agris, pratis, sylvis, borris, venationibus aucupationibus, mellificiis, pascuis, rubetis, mericis fluviis, torrentibus, aquarumque quibuslibet decursibus montibus, fabriciis, ferri fodinis, plumbifodinis, auri et argenti aeris et cujuslibet metalli fodinis, monetis, judiciis et bannis seu inhibitionibus venationum et poenis inde sequentibus consvetudine vel de jure, utilitatibus honoribus, conventionibus, honorantiis, feudis,

feudatariis vasallis, vasallariis nobilibus, rusticis et plebeis, hominibusque habitantibus et habitaturis cum potestate ibi mercata publica et nundinas celebrandi faciendi, datias, pedagia, gabellas et alia omnia onera realia et personalia, ordinaria, extraordinaria atque mixta quocunque nomine nuncupentur, imponendi exigendi et exigifaciendi cum mero et mixto dominio supremo et infimo, omnimoda jurisdictione plena gladii potestate et exercitiis eorundem, cum universis aliis utilitatibus, quae ibi hactenus sunt et in posterum naturaliter aut industria humana fieri poterunt, quibuscunque nominibus aut cognominibus vel vocabulis nuncupentur, prout idem ducatus et terra longe, late et circumferentialiter in basso et plano, in gadibus et limitibus et terminis est distinctus, cum omni jure ducali, dominioque mero et mixto supremo et infimo titulo et proprietate prout eandem terram et ducatum nos et nostri praedecessores tenuerunt et habuerunt, nihil nobis aut nostris successoribus cujuscunque dominii, juris, feudi superioris et proprietatis, tituli et memoriae in eodem Oszvyacimensi ducatu quomodolibet reservando, per dictum inclitum Kazimirum regem et suam Coronam Poloniae, suosque successores reges Poloniae habendum, tenendum, possidendum et ad usus suos beneplacitos convertendum, renunciantes, nobilice et per expressum omni juri, titulo, feudo, dominio et proprietati, quod hactenus illic habuimus et progenitores antecessoresque nostri habuerunt, pure simpliciter et de plano

et sine aliqua conditione jus titulum dominium proprietatem atque feudum dicti ducatus et terrae Oszvyaczimensi eidem serenissimo principi domino Kazimiro regi et suae Coronae Poloniae resignantes absolventes omnes et singulos barones, nobiles, scultetos, cives, oppidanos et Kmetones, incolas et singulas personas ecclesiasticas et saeculares, quocumque nomine censeantur, aut quacumque dignitate vel conditione praefulgeant, praefati ducatus et terrae Oszvyaczimensis a nostra obedientia et feudo juramento et fidelitate ac obligatione, eosdem barones et nobiles scultetos cives et oppidanos, Kmetones et incolas, personasque spirituales et mundanas ejusdem ducatus in obedientiam feudum et utilitatem praedicti serenissimi domini Kazimiri et sui regni ac Coronae Poloniae subjicimus et supponimus per praesentes. Et ne in posterum dubitari quomodolibet possit, quo jure titulo et conditione castra, civitates et oppida atque villae in dicto ducatu et terra Oszvyaczimensi consistentia per nos eidem serenissimo domino domino Kazimiro regi et suo regno ac Coronae Poloniae venditae et resignatae et subjectae sunt; conditionem eorum pro futura memoria duximus praesentibus exprimendam. Inprimis quidem fatemur, quod castra principalia Oszvyaczim et ~~valentes~~ Wolek hujusmodi ducatus et terrae praedictae cum duabus civitatibus seu oppidis videlicet civitas ipsa Oszvyaczim cum teloneo et molendinis, et Kanthi cum teloneo et molendinis, nec non villae Byelany, Lapky,

Babicze, Lipnik Osyek, Brzesczye, Monowicze, et Dwory, sunt esseque debent de mera proprietate, titulo atque dominio praefati domini Kazimiri regis et sui regniae Coronae Polonicae. Quoniam cum praefata castra, civitates et oppida, telonea atque villae nulli alteri nisi nobis sunt censuales et obnoxiae ac subjectae, praefatus etiam dominus rex cum omnibus pertinentiis, appendentiis et emolimentis ea possidebit. Item recognoscimus et publice profitemur, quod etsi villae Polanka antiqua, Nova Polanka, Wloszenycza, Poramba Grodyecz, Sparowicze, Nydek, Witkowicze, Glambowicze, Bulowicze, Czanyecz, Malecz, Czacuga, Nowawyesz, Rocziny, Sbroszkowicze, Brzesinka Raysko, Franczyskowicze, Przecyeszyn, Skyedzey, Wylczko Wilamowicze, Helcznarowicze, Buyakow, Dwekosze, Myklusowicze, Pyszarowicze, Halcznow, Byertolowicze, Komorowicze, Zebraca, Bestwina, Dambkowice, Starawyesz, Jawyschowicze, Charmaszy et aliae omnes in praedicta terra Oswyanczimensi consistentes, per certos terrigenas et nobiles ducatus praedicti teneantur et inhabitentur; Quia cum nos et progenitores nostri supremum jus ducale fere in illis omnibus habuimus, caeterosque census, tributa, labores, servitia et obventiones ex illis jure nostro ducali percipiebamus: unde etiam villas praedictas in signum altioris firmitatis cum omnibus censibus proventibus et oneribus eisdem domino Kazimiro regi et Coronae Polonicae resignamus et eisdem renuntia:

mus. Item omnes literas privilegia, munimenta, inscrip=
tiones, obligationes contractus et quascunque scriptu=
ras, quas nos vel consangvinei fratres aut successores
super dicto ducatu ejusdem titulo et proprietate et do=
minio habuimus habemus vel habebimus quae in dero=
gationem vel laesuram juris, proprietatis, tituli et
dominii praefati domini regis et sui regni ac Coronae
Poloniae in dicto ducatu Ossvyacimensi et praesentis
nostrae resignationis vergerent vel quomodolibet facerent
et quae nobis aut fratribus vel consangvineis nos=
tris possent prodesse, et dicto domino Kazimiro aut Co=
ronae polonicae obesse, annullamus, cassamus, extin=
gvimus et mortificamus easdemque nullius decerni=
mus et profitemur roboris vel momenti, suspectasque
et vitiosas declaramus. Item ut hujusmodi nostra ven=
ditio et resignatio praefato domino regi et suo regno
et Coronae Poloniae de dicto ducatu Ossvyacimensi fac=
ta juxta desiderium cordis nostri funiculo multiplici
roborata perpetua atque pacifica, nullum futurae
litis, inquietationis aut dubietatis habens respectum
perseveret: promittimus, spondemus, nosque ver=
bo ducali circa fidem nostram et honorem, sine dolo et
fraude, catholica promissione astringimus et obligamus,
quod venditionem et resignationem nostram de dicto du=
catu et terra Ossvyaczimensi, per nos, ut praemittitur, dic=

to serenissimo principi domino Kazimiro regi et suo regno ac Coronae Poloniae factam, illustres principes domini Wenceslaus Zatoriensis, Przemislaus Thorsensis germani nostri duces omnesque consanguinei nostri affines et proximi gratam ratam, firmam habebunt, tenebunt, nec in aliquo directe nec indirecte quacunque colore occasione hujusmodi venditionis et resignationis contravenient, aut eam impedient quovis modo.; nosque praedictum serenissimum regem et suum regnum ac Coronam Poloniae ab omnibus impedimentis, litibus, molestationibus perturbationibus. infestationibus, offensis et injuriis, tam a praefatis dominis Wenceslao et Przemislao germanis nostris, quam ab omnibus consanguineis et proximis nostris, et a quacunque persona cujuscunque conditionis existat, et quacunque fulgeat dignitate spirituali sive saeculari, a quibus occasione praefatae nostrae venditionis resignationis et contractus. praefati ducatus et terrae Osswyacimensis inse serenissimus dominus rex et regnum ac Coronae Poloniae, laesi molestati, perturbati offensi et impediti fuerint, insum dominum serenissimum regem suum regnum et Coronam Poloniae nos intercedere et evincere, nullam interponendo praescriptionem, juxta jus nostrum ducale tenebimur liberareque sub fide et honore. In cujus rei testimonium sigillum nostrum ducale praesentibus est subappensum. Datum in Glywicze, feria secunda ante festum

sancti Mathiae apostoli Anno Domini MCCCCLVII; Praesentibus strenuis generosis et nobilibus Johanne Sachszowski, Zawissa Bohemo Nicolao de Kamyen, Orzystek Schilhan de Hothmanth, Misliborio de Orzesch, Johanne Karnicz de Sambork, Michaele Laszkowsky, Nicolao Myszkowsky, Nicolao Sachszowsky Johanne Wyecz de Thomicze, Procopio de Svyantoschowice, Hynkone Swyetlyk de Zassz, Johanne Klema, Urbano de Kopyzowicze, Michaele de Zawyercze notario nostro et aliis fide dignis testibus circa praemissa.

(Ex libro impresso: Leges seu statuta ac privilegia regni Poloniae ab Jacobo Prilusio collecta. Cracoviae 1553 fol. 773 –) et exinde in Thecis Naruszevicianis Tom XIX, Nr. 37.)

(Oryginał w Zbiorach Władysława Xięcia Czartoryskiego w Krakowie na pergaminie z pieczęcią książęcą na której Orzeł z napisem: S. iohais. di. gra. dvcz. oswanczimsis. — druk w Grünhagen II pag. 606. Nr. 28. — Treść w Inventarium Cracov. pag. 231. — Vol. Leg. I fol. 136)

Zanussius Dux Oswiacimensis promittit: Venditi-
nem Ducatus Oswiacimensis „Kazimiro regi Poloniae
„factam, coram rege Bohemiae, quam primum ad id obtule-
„rit se facultas et quam primum fuerimus per dominum
„Kazimirum regem Poloniae avisati, nostrisque expensis
„et impensis in forma pleniori faciemus, nulla prescriptio-
„ne ipsum dominum regem evadendo, si et in quantum hu-
„iusmodi resignatio est de iure vel de more. Quam quidem
„resignationem, si morte vel aliqua alia causa preventi
„vivae vocis oraculo coram praefato rege Bohemiae fa-
„cere neglexerimus, eam tamen praesentibus nostris publi-
„cis et patentibus literis facimus etc., volentes ut talem
„firmitatem et robur obtineant, ac si per nos fuisset vivae
„vocis (oraculo) recognita et pronuntiata." Zanussius Dux
promittit etiam in suo Ducatu nulla privilegia quae
aliquod dannum iuri ducali Regis afferre possent, extra-
dere. — Datum in Glywicze feria secunda ante festum
Sancti Matthiae Apostoli (d. 21 Februarii) a. 1457. Praesentibus (Świad-
kowie ci sami co w poprzednim przywileju).

Oryginał w Zbiorach Władysława Księcia
Czartoryskiego, z tą samą pieczęcią jak w poprzed-
nim przywileju. — Treść w Grünhagen II.
pag. 671. Nr. 29.

Janussius dux Oswiecimensis Kazimiro regi Poloniae ducatum Oswiecimensem pro 8000 floren. hungaric. aur. vendit.

Cracoviae, Anno 1457, die 2 mensis Martii.

Nos Janussius dei gratia Dux Auschwitiensis etc. Recognoscimus pro nobis heredibus et successoribus nostris tenore presentium significantes quibus expedit vniversis quomodo Serenissimo principi Domino Kazimiro Dei gratia regi Polonie Magno Ducii Lithwanie Russie Prussieque Domino et heredi etc. Domino nostro gracioso, ac Inclito regno Polonie Matura intra se deliberacione prehabita plurimumque ad hoc Principum Ecclesiasticorum et temporalium fratrum et Amicorum nonnullorumque fidelium ac subditorum nostrorum accedente consilio non astricti neque aliqua oppressione impediti Terram nostram Auschwitiam prout in suis graniciebus et gadibus est distincta et limitata Cum Castro Auschwiensi et Volek alijsque Civitatibus Fortalicijs possessionibus Curijs et villis quomodolibet in dicta terra Auschwitiensi locatis ac locandis

constructis et construendis ac eorundem vtilitatibus et obuencionibus generaliter vniversis et signanter cum Jure proprietate sorte et porcione et Dominio mero et iuxta quod in ipsa terra Awschiwitiensi et eius possessionibus ad nos quomodolibet spectare dinoscebatur et prout solinet habuimus et tenuimus nichil Juris et proprietatis pro se et nostris successoribus in eisdem reseruantes vero et legitimo titulo vendicionis pro Octo Millibus Florenorum hungericalium puri auri et iusti ponderis vendidimus presentibusque vendimus et resignamus perpetua et irrevocabili resignacione perpetuisque temporibus ac euiternis Ideo nos erga prefatum Serenissimum Dominum Kazimirum regem et regnum Polonie Sue Serenitatisque successores terre prefate Awschiwitiensis Castrorumque Awschiwanczim et Wolek omnium hereditatum siue porcionum hereditariorum singularumque successionum siue devolucionum que nobis Jure paterno siue materno in eadem terra Awschiwitiensi competissent et competerent Ad nosque dicto Jure (quomodolibet) quoque aliunde devolute fuissent quibuscunque nominibus censeantur et vocitentur totaliter adimimus et renunciamus presencium per tenorem promittentes et spondentes sub fide et honore

R

nostris Quod neque nos neque heredes siue posteri aut proximiores nostri occasione premissorum erga prefatum Serenissimum Dominum Regem sue Serenitatis successores ac regni Polonie nullo unquam tempore aliquam actionem siue questionem Judicialem siue extra Judicialem habere siue mouere volumus seu debemus Sed dictam terram Awschiwitiensem cum eiusdem attinencijs et obuencionibus alijsque rebus mobilibus et immobilibus eo modo et ordine quemadmodum nos tenuimus et habuimus prefatus Dominus Rex et sui successores Regnumque Polonie libere possidere vtifrui et potiri possint et valeant pro ipsorum libitu et voluntate perpetuisque temporibus ac euiternis absque nostro heredumque nostrorum siue proximorum quouis impedimento Harum quibus Sigillum nostrum presentibus est subappensum Actum et datum Cracowie feria Quarta Cinerum Anno Domini M° CCCC° Quinquagesimo Septimo.

(Oryginał na pergaminie, pieczęć jedyna oderwana; w Archiwum Kapituły Krak. Katedr. dziś pod Nr. 430/A. – dawniej Nro XVIII. – Lad. 6, Nr. 15, fasc. 2. – Nr. 13)

Iohannes dux osvie-
mensis confitetur se
pecuniae summam pro
qua ducatum Osviecimen-
sem Casimiro Iagiellonidae
vendiderat accepisse.

Cracoviae, anno 1457 die 3 mensis
Martii.

Nos Iohannes Dei gratia dux osvy-
aimensis recognoscimus tenore presen-
tium quibus expedit universis tam
presentibus quam futuris notitiam
presentium habituris, quod serenissi-
mo principe Domino Kazimiro Dei
gratia Rege Poloniae Magno Duce Si
thuanie, Domino Russie, Prussieque Do-
mino et a Regno coronaque sua Poloniae

quinquaginta millia Marcarum latorum grossorum pragensium numeri polonicalis: quadraginta octo grossos in quamlibet marcam computando in vim totalis et integre solutionis pro terra et ducatu Ossuiacymensi per Nos ipsi Serenissimo Principi Domino Kazimiro Regi et coronae Poloniae venditis recepimus et de manibus Magnificorum et Strenuorum ac nobilium Dominorum Joannis de Czyssow Castellani et Capitanei cracoviensis, Gregorii de Branyca castellani radomiensis; Andreae de Tanczyn. Joannis de Rythwiany capitanei sandomiriensis, Joannis de Tarnow, Joannis de Melstyn, et Grot de Ostrow in effectu levavimus: Unde et eundem Serenissimum Principem Dominum Kazimirum regem Poloniae et suum regnum et coronam Poloniae [illegible] nos Janussius dus prenominatus quietamus et absolvimus quietatosque et absolutos pronunciamus per presentes, omnesque literas et obligationes

cujuscunque

cujuscunque existant tenoris, quas prefatus Dominus Rex et suum regnum et corona Poloniae aut sui fidejussores nobis super solutionem dictarum quinquaginta millium marcarum latorum grossorum aut illarum aliqua portione dederunt mortificantes et cassantes presentium per tenorem profitentes illas nullius esse efficaciae, roboris vel momenti et jam prefatum Dominum Kazimirum Regem et coronam Poloniae nobis occasione emptionis terre Oswyacimensis recognoscimus et profitemur in aliquo non teneri, in cujus rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum Cracovii feria quinta post cinerum. Anno Domini M°CCCC°LVij.

(Ex libro impresso: Leges seu statuta ac privilegia regni Poloniae ab Jacobo Przyłusio collecta. Cracoviae 1553. fol. 398.) – et exinde in Theiß Naruszewicianis Tom XIX, Nº 37.) – Pastorius – Sommersberg I 815 Treti w Grünhagen II. pag. 611. Nr. 30.

Janussius Dux Osviecimensis Kazimiro Regi Poloniae Ducatum Osviecimensem emptum resignat.

In Gliwice, Anno 1457, die 19 mensis Septembris.

Nos Janussius Dei gratia Dux Osviaczimensis significamus tenore praesentium quibus expedit universis praesentibus et futuris: quia summo satagentes desiderio venditionem, inscriptionem et resignationem Ducatus et Terrae Oswanczimensis Serenissimo Principi et Domino domino Kazimiro Dei gratia Regi Poloniae, Magno Duci Lithuaniae et haeredi Russiae, domino Prussiae et suo Regno ac Coronae Poloniae per nos titulo perpetuae ac irrevocabilis venditionis, inscriptionis et resignationis cum omnibus et singulis eiusdem Terrae castris, videlicet Oswanczim et Wolek, civitatibus, oppidis, villis, theloneis, iure quoque ducali, quo soli eum tenuimus, factam, robur obtinere perpetuae firmitatis, promittimus,

pollicemur et spondemus circa fidem et honorem, sine dolo et fraude verbo nostro ducali et catholico in ampliorem praefatae venditionis, resignationis, inscriptionis et contractus nostri cautelam, quod inscriptionis, venditionis et resignationis praefati Ducatus et Terrae Kwaczimensis dicto Serenissimo Principi et domino domino Kazimiro Regi Poloniae et suo Regno ac Coronae Poloniae per nos factam cum omnibus et singulis conditionibus clausulis atque punctis coram Serenissimo Principe Domino Rege Bohemiae quamprimum ad id obtulerit se facultas et quamprimum fuerimus per Dominum Kazimirum Regem et Coronam Poloniae avisati, nostrisque expensis et impensis in forma pleniori faciemus, nulla praescriptione ipsum dominum Regem evadendo, si et in quantum huiusmodi resignatio est de iure vel de more, quam quidem resignationem si morte vel aliqua alia causa praeventi vivae vocis oraculo coram praefato Rege Bohemiae facere neglexerimus, eam tamen praesentibus nostris publicis et patentibus literis facimus, exprimimus, recognoscimus, profitemur et pronuntiamus, volentes ut talem firmitatem et robur obtineat, acsi per nos fuisset vivae vocis recognita et pronuntiata. Item promittimus

Zanussius Dux Oswancimensis promittit: venditionem Kazimiro regi Poloniae factam, coram Rege Bohemiae, quam primum adiri obtulerit se facultas et quam primum fuerimus per d. Kazimirum regem Poloniae avisati, nostrisque expensis: in forma pleniori faciemus, nulla prescriptione d. Regem evadendo.... Quam quidem renunciationem si morte vel alia aliqua causa praeventi vivae vocis oraculo coram..... Rege Bohemiae facere neglexerimus eam tamen praesentibus nostris publicis literis faciemus, volentes ut talem firmitatem obtineat, ac si per nos facta vivae vocis oraculo recognita. In Glywice feria secunda ante festum S. Matthiae Apost. A.D. 1457.

In Gliwice, anno 1457, die 21 mensis Februarii.

—

Oryginał na pergaminie z pieczęcią Książęcą w Zbiorach Władysława Księcia Czartoryskiego w Krakowie. — Treść w Grünhagen II. str. 611. Nr. 29.

bona fide, quod amplius et de cetero in detrimentum et laesuram iuris ducalis, quod praefatus Serenissimus Dominus Kazimirus Rex et suum Regnum et Corona Poloniae in dicto Ducatu Osswanczimiensi habere dinoscunt, nullas litteras, privilegia aut munimenta, libertates aliquas aut relaxationes onerum aut tributorum sui Ducatus fisci sub quacunque data concedemus aut largiemur, quod si astutia vel fallatia hominis improbi aliquae literae sub nostro titulo et sigillo fabricatae fuerint, illas pronuntiamus vitiosas et suspectas et nullius efficatiae, roboris vel momenti. Datum in Gleywyce, feria secunda ante festum Sancti Mathaei Apostoli; Anno Domini Millesimo Quadringentesimo quinquagesimo septimo. Praesentibus strenuis, generosis et nobilibus Johanne Schaszowsky, Zawissa Bohemo, Nicolao de Kamyen, Crzystek Schilhan de Hothmanth, Mislibogo de Orzesche, Johanne Gornysz de Schomburg, Michaele Laszkowsky, Nicolao Myszkowsky, Nicolao Schaschowsky, Johanne Wyecz de Thomicze, Procopio de Swanthoschowicze, Vynkone Sarjentlik de Zasch, Johanne Klemam, Urbano de Kopczowicze, Michaele de Zawyercze notario nostro et aliis fide dignis testibus circa praemissa.

(Oryginał na pergaminie, z pieczęcią woskową, wiszącą na sznurku kręconym z jedwabiu niebieskiego z czerwonym, był w Archiwum Koronnem d. 27 Lipca 1785. — Kopia w Tekach Naruszewicza, Tom XIX. Nr. 86.)

Janussius Dux Oswiecimensis omnes lite=
ras super debitum ratione servitii tempore ex=
peditionis bellicae in Prussia per Casimirum
Poloniae Regem sibi inscriptas mortificat.

In Bytom. Anno 1458, die 26 mensis Maii.

Januss s Boze milosty Knieze Oswietymske etc.
tymto listem obeczne wiznawamy przede wssemy,
kterzy gey rzeczy nebo li cztuti erlisy, gakosz
sme smluweny s naygrzecznieyszym Knezetem
Kralem Kazimirem Kralem Pruskim, Knyezetem
wielikim Litewskim, Ruskym i Pruskym etc. pa=
nem a dziedziczem szcze Oswieczene Knyeze Knyeza
Przemka Knyeze Oswenczymske i Thoseczke etc.
odluh nasz i take a sluzbu lidzy tech ktoregsme
Gieho Milosty do Pruss na Gieho Milosty prozbu,
rzadanye i listy wedli byli ty listy wseczgmy, kto=
regsme na Gieho Milost Krala swrchupsanego
gmieli Kniezy Przemkowy giz gmyanawanego k wier=
ne rucze gsme dali i ten take list na pargamenie

ktorygsme na penyeze syste na Geho Milost gmieli, takegsme bratru nassemu swrchupsanemu k werne rucze daly asz do zaplate nase uplney wedle wyroku Knyeze Przemkowa czastomenowaneho, a giestchli zebichom ktory listch zachowali, ktoryby sluzby tey Pruske dotykal aneb ktorehokolwiek dluhu zapsaneho kulogemskeho penyezneho prebo na s Boza a ke szkodzie byty gmieli Krali swrchugmenowane a Kralestwy Gieho Milosti ty wszeczkmy umarzamy nynie i na weky tym to nasim listom, ze moczi wgiedney gmiczy negmagi any mohu nynye i na weki thomu na swiedome a pro lepszy gistotu naszysme peczet wlastny k tom to listu prywiesity kazali, Genz dan w Bythomy w piatek po Swiatym Duchu, Leta od Narozenya Syna Bozeho Tysieczeho czterstеho padasateho i osmeho poczitagiecze.

(Oryginał pergaminowy z pieczęcią woskową na zawiasce pergaminowej był w Archiwum Koronnem. – Kopia przepisana d. 28 Lipca 1785. w Tekach Naruszewicza Tom XIX. Nr. 97.)

Treść w Inventarium Cracov. pag. 231.

Nicolaus Zak de Swieborowice caeterique milites de Ducatu Oswiecimensi omnes literas super debitum ratione stipendii tempore expeditionis bellicae in Prussia per Casimirum Poloniae Regem sibi inscriptas mortificant.

In Bytom, Anno 1458, die 26 mensis Maii.

My porzad psany Mikolas Zak z Swieborowicz, Alexander Capawn z Smirycz, Jan Mierzyczka z Kichowe, Waclaw Kawka z Sobiessuk, Jakub Pisarz z Czanstkowa od roty Urbanowy Foyt z Zyrawe, Brzezak z Biale Bichan Rotmestrowe temto listem obeczne przedewszemi wyznawame, kterzy giegi uzrzy neboli cztutie uslyszy, że iakozgsme o dluhy sluzby zasstye roznycze z nayiasnieyszym Kniezetem Kralem Kazimirem Kralem Puolskim, Kniezetem Wielkim Litewskim etc. skrze Oswieczene Kneze Kneza Przemka Knieze Oswietymske y Tosseckie etc. smluweny ty listy wszeczkim ktere kuolwiek na Krale swrchumenowanego gmame zaszkodnie y gine ktorebichom na Gieho Milost a na Koronu Geho Milosti gmieli, iakozto ia swrchupsany Mikolas Zak

z Swieborowicz listy gme anebo bratra meho, kte=
rebych gmiel brady Mikolassa, kterebychom na Kra=
lewsku Milost anebo na Koronu Puolsku gmieli
y ty kterebychom gmieli proczywne Koronie, budto
Petra Polokowy na dluh anebo na zboze zapysy anebo
rukogiemskie budto na sluzbu Uhersku aneb na
penieze pozyczane tygsme wszeczkim wespolek
Kniezy Przemkowy swrchupsanemu k wierne rucze
polozyli a zdi uplne nasze zaplaty wedle wrczenie
Knieze Przemkowa czasto gmienowaneho, a giest=
li zebychom ktery zachowali list, ktereby ke szko=
dzie Krali swrchupsanemu byti gmiel, kteryby
tey sluzbie Pruskiey swiedczyl, anebo ginych kte=
rychbykoli dluhow gsie tykaby Krale nebo Koronie
Puolskie, iakozto Zak ja Swieborowski swrchu=
psany, a ktere gsem na rok ku Krali Gieho Milos=
ti a ku Koronie gmiel, a proto walel ty wsseczki
my wszechym swrchu naporzadpsany nynye y na
weki tymto nassym listem umorzugiemy, ze moczy
nygiedney myeczy negmagi. any moczy budu gmieczy.
Tomu na swiedomie naszymi wlastnymi peczetamy
k tomuto listowi dobrowuolniegsme zawiesity kazali
i przywuolily. Genz dan w Bytomy w patek po
S. Duchu Letha od Narozenia Syna Bozeho Tysiecze=
ho czterstcho padesateho y osmeho poczytagiecze.

(Oryginał na pergaminie, z 8 woskowemi wiszącemi pieczęciami był w Archiwum Koronnem. – Kopia przepisana d. 9 Sierpnia 1785 w Tekach Ziaruszewicza Tom XIX. Nr. 98.)

Treść w Inventarium Cracov. pag. 231.

Premislaus Dux Oswiecimensis et Tosten=
sis recognoscit se concordiam inter Casimirum
Regem Poloniae atque Janussium Ducem Oswie=
cimensem caeterosque milites ratione debiti pro
stipendiis in expeditione bellica contracti.

fecisse.

In Tost, Anno 1458, die 1 mensis Junii.

My Przemek z Bozey milosty Kneze Oswietymskie
a Tosseczke etc. wyznawamy tymto listem naszym
wszem wobec a kazdomu zwlaszcza ktoz gy uzrzy
anebo cztuczy slissety bude, etc. a iakoz gsmy Naygies=
nieyszey Kneze Pana Kazimira Krola Polskiego Pa=
na naszeho milostywego zmluwily z Oswieczenym
Knezetem Knezem Hanussem Oswietymskim bratem
naszym milym a z ludmi sluzebnymy gmenem z
Mikolaschem Zwyeborowskym, Alexandrem Kaphau=
nem, Mieczyczku Waclawem Kaska, Jakubem
Pissarzem, Urbanowic Rotthoytem, Brzezakem, Boha=
nem Slamu takowu myeru ze Kralewska Milost gim
zaplatu uczynily gma wedle wyroku naschoho a ony
take u nas listy swey kterez na Krale Geho Milost

gmiely, polozyli, a my ty listy chowaty gmame az do uplne zaplaty k wierney rucze; a gdyż by se Knezy Hanussowy y ludom sluzebnym zaplata koneczna sta=la, theda my ty wscheczky listy Gieho Milosty, neb Gieho Mylosty urzadnikiem wydaty gmame; a giestli Pan Boh nas w tom czasu smerczy neucho=wal, thedygśmy gyz poruczyli slowutnym Panossym z Samborowy a Janowy bratrom wlastnym ze Zbros=lawicz, Janowy z Mnyskowy, Szczepanowy Russyczy y Prokopowy z Swentossowicz zemanom wiernym naszym milym, ze magi Krali Gieho Milosti neb Gieho Milos=ti urzadnikom takey wydaty gmagi ty listy, a my Bohda chczemy prawe udielati protiw stranama, obema, a take my Zemanye swrchupsany wedle poruczenstwa Kneza Przemkowa Pana nasseho mi=lostiweho slubuemy, gesliby Pan Bog Geho Mylost nye uchowal, rzadnie ty listy widaty Kralewskey Milosti neb geho urzadnikom, a chczemy tak dziala=ty iak na dobrey lyde slussy. Tomu na swiedomie y pro lepszy gistotu my Knez Przemek a my zemia=ne wedle Geho Milosty kazalismy naszy peczety k tomu listu zawiesety z nassy dobru wuoly. Genz dan giest a pysan w Tosku, w den Bożeho Cyala, Anno Domini Millesimo Quadringentesimo quinquagesimo octavo.

(Oryginał na pergaminie z 6 wiszącemi pie=
częciami, był w Archiwum Koronnem. — Ko=
pia przepisana d. 27 Lipca 1785, w Tekach
Naruszewicza, Tom XIX. Nr. 99.)

Oryginał na pergaminie w Zbiorach Władysława Xięcia
Czartoryskiego. — Z 6 pieczęci dochowała się tylko pierwsza
na czerwonym wosku z orłem i napisem: sigillum ducis
premislai avswicziensis.

Treść w Grünhagen II. pag. 611 Nr. 31.

druk. w Perwolf: Otczet, str. 17.